

Panzer. W. 198. 1089

VII. 548. XII. IX. III. 50 hanc Paris. 1511 et alios

ed. d. 5. 411¹ illa originalis Paris, Godfr. de Harnef 1510.
fide Cartae et Cetera separabilibus

Georgius Kloss, M.D.
Brunsvici ad Moenum.

Anni 1721



VIII

BEROSVS BARILONICVS DE HIS

Quæ præcellerūt in inundationē terrarū.

Item.

Myrsilus de origine Turrhenoram.

Cato in fragmentis.

Archiloctus in Epitheto de temporibus.

Meraſthenes de iudicio temporū.

Philo in breuiario temporum.

Xenophon de equivo cis temporū.

Sempronius de diuisione Italiae

Q. Fab. Pictor de aureo sæculo & origine
vrbis Rhomæ.

Fragmentū Itinerarij Antonini Pij.

Altercatio Adriani Auguſti & Epictici

Cornelij Taciti de origine & ſitu Germa
noram opusculum.


C. C. de ſitu & moribus Germanorū.

Año dñi.

1511



(10)



Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

PHILIBERTVM Babonm virū honestiss. Godofre-
dus Torinus Bituricas salute plurimā iabet impartitū.

Nno p̄terito: quo tempore Pij pontificis Maximi:
Cosmographiam imprimendā curavi: Berosum Ba-
bilonicam in antiquitatib; regnorū bellissime reco-
gnoscere: & imp̄ssoribus non immatate dare. venerat in mē-
tem: at nescio quo animo meo se tunc agente: in aliud tēpus
opera dedita: rem p̄p̄modū diuinam facturus: differri decre-
ui. distulisse quidem & in longissimū: atq; vt p̄uerbio me-
moratur. Ad Kalendas græcas: nisi vt ita dicam: Berosus ip-
set: et qđ nō parui apud me est: eritq; semp̄ amicorū plasculi:
quotidie ad aurem meā cum p̄cibus quodāmodo simul in-
nentes: Myrsilum de origine Turthenorū: Catonem in frag-
mentis: Archilocam: Metasthenem: Philonem. Xenophon-
tem de equitocis: Semproniu: Fabium Pictorem: & Anto-
ninam Piam: in fragmento Itinerarij cōprimendos efflagi-
tanter desiderassent. Auarissimū est genus hominū: quod si
libram (librū dico inuentararū) trium: aut quattuor v̄rsis
colorū habeat (more fornicarū Indiae: necnō Griforū: qui
auram penitus egestū cum summa pernicie attingentiū cas-
trodire feruntur (cōtinuo abstractū seruat: cathenis & cōpes-
dibus captiuū & misellū proflus incarcerat. Tale genus potis-
tus cum huiusmodi & formicis & grifis: quod & alij grifib;
declinant: curiosam & auarā illam singularis alicuius sibi
cupiditatem exercere: quā cum hoībus inhumanitatē: quod
& melius forte dixerim immanitatē habere deberet. Non so-
lum nobis nati sumus: debemur & amicis: debemur & pa-
triae. Igitur ne ardentis lucerne clarissimū lamen opprimere
velle videar: sub noīe tuo Philiberte Citii Bituricorū orna-
tissime gratiscalū reip. factam opinor daturus: Berosianā
antiquitatem cū alijs autoribus notatim p̄scriptis: in aperta
& studium oībus cōmune: iam libentius emitto. Vale:
Parisijs apđ collegiū Plefetaiū. vi. Non. Mart. M. ccccxx

INDEX

Abas.	xij	Antiochus.	xxij
Aborigines.	xvij.	Annaletus.	eodem.
Adria.	eodem.	Annus.	xxiij.
Aegyptus.	xi. bis.	Apis.	xvi.
Aeneas.	xi. bis.	Apennina Italia.	xxvi.
Aetas.	xxiij. & xxvij.	Apriani.	xvij.
Agrippa.	xxiij. bis.	Apanda.	xxi.
Agrippinus.	eodem.	Apenninus.	xxv.
Agenora.	xxvij.	Archa Noe.	i.
Altadas.	ix. & xxi.	Aretia.	i. & iij.
Alemannus.	x.	Arfa.	ij.
Alba rex.	x. xvij.	Arfes.	xxi.
Allobrox.	xi.	Araxa.	v. vi. x.
Albula.	xvi.	Arius.	vij. & xxi.
Alpes.	xvi. & xxv.	Aria.	xvij.
Alceus.	xvij.	Aralius.	xxi.
Alexander magnus.	xxi.	Armeni.	vij.
Ammon.	vi. & vij.	Arni.	ix.
Almanthea.	vi. b.	Armetis.	xi.
Amyntes.	xi.	Arcas.	xiiij.
Amntis.	xi. & xxiij.	Aretium.	xvi.
Amphion.	xij.	Argo.	eodem.
Ammenephos.	eodem.	Arminū.	xvij.
Amazones.	xij.	Aruntis.	eodē.
Amatrites.	xxi.	Armonia.	xx.
Amilinus.	eodem.	Arbaces.	xxi.
Amon.	xxij.	Arbianes.	eodem.
Amasias.	xxij.	Arcus.	eodē.
Anameon.	v.	Artines.	eodem.
Anteus.	ix.	Artaxerxes.	eodem bis.
Ancona.	xvij.	Artabans.	eodem.
Ansur.	eodem.	Aristobolus.	xxij.
		Archelaus.	xxiij.

Argentis campus	xxix.	Bella quando nulla	xxv.ij.
Argiletus.	eodem.	Bianorus,	xvij
Aree Rhomanæ.	xxx.	Bianora	xxvi.
Ara Herculis	eodem.	Bonus	xvij
Ascalonita	vij.	Bononia;	eodem.
Ascatades	xi.	Botigona	eodem
Asterius	eodem	Brygus	vij.
Astybarus.	xxi.	Basiris.	C ix.
Astar.	eodem.	Cameles	vij,xvij.&.xxvij.
Astuerus.	xxi.&xxij.	Camboblasco	x.
Asca.	xxvi.	Cancres	xi.
Atria	xxvij	Cadmus.	xij.xx.&.xxv.
Athalia;	xxij	Cecalus	xij
Athlas	vij.&.xxix	Cariara	xvi.&.xvij.
Aurarius	vij.	Camelesenæ.	xvi
Auson.	eodem.	Capitolii	xvi.xix.&.xxix.
Aureum seculum;	xvi.	Capitolinus mons	xxvi
Aurelia.	xxvi.	Capiani	xvij
Auentinus	xxix.&.xxx	Caribyses	xxi
	B	Capena	xxix.
Babylonia.	iiij,xxi.&.xxij.	Carratius	xxx
Barzanes	vi.vij.	Celtæ	i.&.xxv.
Bardus	vij.&.ix.	Cecrops,	x.
Baleus	eodem	Chan	i.&.iiij.bis
Balthassar	xix	Chaos	i
Barachta.	xxij.	Chemelenus,	v.bis.&.vi.bis
Belus.	iiij.v.xx.&.xxi.	Cherres	xi.
Betas.	vij.	Christus,	xxiiij.
Beligius;	x.	Clasum	xix.bis
Belochus.	xi.&.xxi	Comras,	v.
Bergomi	xvij.	Comæ	vi
Berolus.	xxi.	Coritus	vij.&.vij.
Bea	xxij	Coryban	xi.

Comenenses.	xvi.	Elasibannis	xxij.
Colles Rhomani.	xxx.	Emilia	xxv.
Craua	vi	Enos	i
Cranus	vij	Enotrius.	xij. & xvij.
Curis	xx	Eridanus	vij. & xvij.
Cumani	xxvi	Erictonius	xi.
Cyocola	v	Esenus	liij.
Cydnus.	vij.	Ethrusci	xv. & xxvi. & xxvij.
Cyminius lacus.	xvij.	Etruria	xvij. & xxx.
Cyrus.	xxi. bis	Eupeios	x.

D

Dardanus.	xi. bis.	Eumerodac.	xxi
Danatus	xi. ter	Eupator	xxij
Danubius	xvi	Euxander	xxx
Danæ	eodem.	Exquilinũ.	xvij.
Darius	xxi. ter	Ezechias	xxij. & xxij
Deabus.	ix.		
Dercilas	xij	F	
Desiderius	xij.	Faunus	xi. & xij.
Demetrius	xxij.	Faul	xij.
Dilatium	xxv.	Faala	xvij
Dis	v.	Faustulus	xxx.
Dionisius	vij	Felsina	xvij.
Dyapolitani	xij	Ferentani	eodem
Doria.	xxvi.	Flamina gallia.	eodem
Drius	vij.	Francus	xij

E

Elbitus	xix	G	
Eleucus	xxi.	Ganges	v
Eliu	xxij.	Galli	v. xvi. xvij. & xix.
Eliakim	xxij.	Gallia flaminia	xvij
		Gallia Togata	eodem
		Gallia Cisalpina	xxvi

Galathea	ix	Hyrcañtis,	eodem
Galathes.	ix. & x.	I.	
Galathens.	x.	Iapettis.	i. & iiij.
Galathas	xij.	Ianus	v. bis, & xxix.
Galathe.	xxv	Ianigenę	vij
Gambriuidis	xi.	Ianacula.	xvi.
Galleris.	xxv.	Ianua	xxviij.
Galleritus	xxx.	Ianei.	v.
Genua	xvij	Ianineę	eodem
Ganius	xxvi.	Iastus	x. bis
Germallia	xxvij.	Iaddra	xxij
Gygantes	i.	Ianneus	eodem
Gordicus	eodem.	Iberus	vij.
Gogtus	v	Iesus	xxij. bis, & xxij. bis.
Griphonij	vij	Ilus.	xij.
Graci	xxvi.	Inghaenon?	vij
		Incendiũ.	xi

H

		Inundatio nouemestris	xx.
		Io	x
Harbon	x.	Iofabet	xxij.
Hadrianus papa.	xij.	Ioakin.	xxij.
Helerna.	vi	Ioas	eodem.
Herminon	vij	Iosodech	eodem.
Hercules	ix x. xvij. & xxij	Ioadda.	xxij.
Her manasses	xxij. bis	Ioanna.	eodem
Heri	xxij	Iosephus.	eodem.
Herodes	xxij	Ionathas.	eodem.
Hesperus	xxix	Ioannes hyrcanus	eodem
Hiarbas	vij.	Iis	vij.
Hispalus	ix.	Ister.	xvi.
Horchia.	eodem	Italia.	ij. & xxix.
Homertus	xx. & xxv.	Iupiter	iiij. v. & vij.
Holofernes	xxij	Iubal.	iiij. & v iiij

Iuno egyp.	vij.	Liceres	xxx
Iudas hyrcanus.	[xxij].	Ligur	vij.
		Lycurgus	ix.
Kytim	i. ij. & x.	Lycata i	eodem.
		Lybiso	x.
Lamprides	xij	Lybisoca	eodem.
Larthes	eodem, quater.	Lybanca	eodem.
Larthenianū	xvij	Lybora	eodem.
Laumedon	xij	Lydus	xiiij
Di. Laurentius	xij	Lybia	xvij
Larius lacus	xvij.	Licinofori	xvij.
Larones.	eodem	Lygures.	xvij. & xxvi.
Lamones	xix.	Lygarnus	xvij
Lampares	xxi	Lybarnum	eodem
Libassar	eodem	Lympus	xxv.
Lamon	xxvi.		
Lating raptæ.	xxx.		
Larentia	eodem	Magus	vij
Lestrigo.	ix. bis	Malot	vij.
Lemannus	xij	Marsus	eodem.
Leonina	xvij.	Macedoni	xi.
Leui	xxij	Mare ebulliens	eodem.
Libri rituales.	ij.	Marnitus.	x. & xxi
Linus	xxv.	Mamelus	x
Literæ	eodem	Mars Italus	xij
Libyffus	xxix	Mandanes	xxi
Longho.	vij.	Manaffes	xxij
Loanimi	ix. bis	Mardocheus	xxij.
Longimannus	xxi. & xxij.	Mantua	xxvi.
Lucus	ix.	Menophis	xij
Lucani	xxvi	Mezentius	eodem
Luca.	xvij	Mediolanū	xvij.
Lana	eodem	Melanthes	xx.

M

MENECH.

Merodach	xxi	Orma	viiij
Meneon		Osyris	vij.
Mesebel	xxij.	Olcus.	xij.
Metius	xxx.	Osci	xvi. & xviiij
Milinus	ix	Oſca.	xxvi.
Miſciola	xxiiij		
Merges	x	P	
Muſarni	ix	Papilionēs	i.
Myzmor	xxij.	Pandora	eodem
Mythridates	xxx.	Paladon	vij
		Palladus	viiij.
N		Pallatius	xij.
Nannes	xij.	Pallena	viiij
Nabuchodonofor	xxi.	Pādion	xi
Nauteprimi		Paris	eodem
Nicanor	xxi.	Patauium	xviiij
Noa	i. b. & iij. bis	Padus	xviiij. & xxvi
Noela	i.	Palamides	xxv.
Noegla	eodē.	Percinnus	xiiij
Notaria	xviiij.	Pelaſgi	xv.
Nymbrotus	iiij	Pelia	xix.
Nynus	vij. & xx.	Phæton.	viiij. bis. & xviiij.
Nycius.	xij.	Pharaones	xi. bis
		Pheregenē	xvi. & xviiij
O		Phifcon	xix
Oceantis;	v.	Phul Affar	xxi
Ocnus	xviiij.	Phoronei	xxiiij
Ogygiſa	i.	Phœnix.	xxv
Ogygia	xvi	Picus	xi. & xij
Ogyges	xxi. & xxv.	Picena.	xviiij.
Olybama	iiij	Piſa	xviiij.
Olbius	xij	Picentini	xxvi.
Olanum	xviiij.	Porcus	ix.
Olympus	xxiiij. & xxx.	Popium	xviiij.
Onias	xxiiij		

Præcutij xv ij
 Priamus xx.
 Prothetis. xxv
 Papium xvij.
 Pypinus. xij.

Q

Quadrata Rhoma xvij. xxvij
 Quirites. xx.

R

Razenna vi
 Ramesses xi.
 Rauenna xvij
 Remus xij.
 Regassar xxi
 Relã xxij.
 Regnum antiquũ xxvij.
 Rhea. vi. bis.
 Rhetij xvi
 Rhoma xvij. xix. xxvi. xxix
 Rhomulis. xvij
 Rituales libri iij.
 Romanessos x.
 Romus. xi
 Romandi eodem
 Rosellã xvi.
 Rumnenses. xxx

S

Santus i
 Saga i. iij. v. vi. xvij. xxv
 Saturnus babillonicus iij.
 Samotes. iij. v. vi.
 Sabatius v. vi. bis.
 Sarron vij.

Salembroña. xv. xvi.
 Saturnia. xvi.
 Sabina. xvij
 Sabine raptę xxx
 Sabelli. xvij. xix. xxvi
 Sabini xix. & xxvi
 Sabus. xxvi.
 Scytha v. vi. & xvi
 Sęcolũ aureũ. xvi.
 Samnites. xxvi
 Saunites. xvij
 Sagi xix. xxv.
 Sardanapallus. xxi.
 Salman
 Sangni xxvi.
 Semiramis vij. xx. bis.
 Selene. xvij.
 Sennacherib xxi
 Sicanus. vij. ix. & x.
 Simonides xxv
 Sofarmon xxi
 Soranus xxvij
 Sparetus x.
 Spiretum. xvij.
 Sterus x
 Sycorus. eodem.
 Syluius. xij.
 Syris xxij.
 Symeon. eodem.
 Symon xxij. & xxij.
 T
 Tages vij. ter
 Tarquon xi. & xij.

Tadrifani	xvi	Vesta	iiij.vij.&.xxviij.
Taurina Italia.	eodem.	Vei.	v.
Tarpeius mons	xix	Veientes	xxviij
Tatienses	xxx.	Veitula	v
Terremotus	x.&.xi.	Veibonus	xij
Testalybitus	xi.	Veronenses	xvi
Terebus	xiiij.&.xv	Venetia.	eodem
Tuyfcon	iiij.	Veilabra	xix.
Thetis	v.	Vellia	eodem
Telchines	eodem.	Verona	xxvi.
Theutanes.	x	Vitis	xi.
Tyberinus	xij.	Victus antiquus.	xxviij.
Tyberis	xvi.	Vlerdam	iiij.
Thufcus victus	xx.	Vmbri.	xv.xvi.&.xxvi.
Thufci	xviij.&.xxviij.bis.	Vmbro flus.	xviij.
Theuteus	xxi	Vnae.	v.
Triton	iiij.vi.&.xi.	Vortunus	vij
Thracas	v.	Volcen	xvi.
Tros	xij.	Volaterra	eodem.
Troia euerfa	eodem	Volsinium.	eodē.
Tromentina.	xxx.	Volturrheni.	xix,xxvi.&.xxx
Torebus	xv	Volturnus	xxx
Tonosconcoleros		Vulturans.	eodem
Turris Babylonica.	iiij.		X
Tufcus	x	Xerxes	viiij.&.xxi.
Turrhenus.	xi.&.xix.		Z
Tytea	i.bis.&.iiij.	zameis	xxi.&.xxv
Tyras	iiij.	zamedris	xxiiij.
Typhon	ix.	zetus	xij.&.xxv.
Tyneus.	xxi.	zoroaft	iiij.
	V	zerobabel	xxij.
Vandalus	x		
Valentia	xxix		Finis.

BEROSVS DE HIS QVE PRÆCESSERVNT
INVNDATIONEM TERRARVM



AMTE A quarū cladem famosam qua vn̄s
terfus perijt orbis: multa; preterierūt sacra;
la que a nostris Chaldeis fideliter fuerunt
seruata. Scribūt illis t̄pibus circa Lybanū
fuisse. Enos urbem maximā gyganū qui
vn̄iuerso orbi dominabant ab occasu solis

enos vrbs
gygātes.

confisi: inuentis armis om̄es opprimebant: libidinēq; inferu-
entes: intenerūt papiliones & instrumēta musica & om̄es de-
licias. Māducabāt hoies & procrabāt abortus: in edulūq;
p̄parabant & cōmifcebant matribus: filiabus: sororibus: ma-
sculis: & brutis: & nihil erat sceleris q̄ non admitterent contē-
ptores religionis & deorum.

Papilio;
nes a qb̄
intenti.
Noa.

Tum multi p̄dicabant & vaticinabant: & lapidibus exci-
debant de ea que ventura erat orbis perditione: sed em̄ illi af-
fueti corridebāt om̄ia cœlestiū. Illos pro ira atq; vltione per-
urgente pro impietate atq; sceleribus.

Samus.
Iapetus
Chem.
Tytea;

Vnus inter gygantes erat qui deorū v̄heratior & pruden-
tior cūctis reliquis ex probis erat in Siria. Huic nomen erat
Noa: cū tribu filijs Samo: Iapeto: Cem: & vxoribus Tytea
magna: Pandora: Noela: & Noegla. Is timens quā ex astris
futurā p̄spectabat cladē anno. lxxviij. ante inundationē na-
ui instar archē coopertā fabricare coepit āno. lxxviij. ab incho-
ata nauī ex improuiso exūdauit oceanus: & oīa maria medi-
terranea: fluminaq; ac fontes ab imo ebullientes inundauerūt
supra oēs mōtes accedentib; atq; impetuosissimis h̄m̄br̄ib;
multis diebus corruentib;. Ita om̄e humanū genus aquis suf-
focātū: excepto Noa cū familia sua quæ nauī excepta est. Nā
eleuata ab aquis in Gordiei mōtis vertice quieuit: cuius ad
huc dicit̄ aliqua pars esse: & homines & illa bitumen tollere
quo maxime vtuntur ad expiationem.

Pandora
Noela et
Noegla.
Archa
Noe.
Diluuū
magnū;
Gordie?
Regnum
in Asia
Babiloni
cū in Af-
frica.

Ab hoc igitur auro salutis humane ab æq̄s primordie tum
 pto nostri maiores in numeros scripserunt. Nos vero tediosi
 illorum sermonem abbreviaturi referemus origines & tempora &
 reges eorum duntaxat regnorum que nunc magna habent. In Asia
 quidem nostrum omnium celsissimum Babilonicum: in Africa Aeg
 yptium & Lybicum que vnde primo fuerunt: & sub vno narra
 bimus. Postremo in Europa quattuor nostri enumerant Celtis
 berum Celte: Kytim quid ille gentes Italicum appellat Tuyscos
 numquid a Rheno fluvio per Sarmatas in Pontum finit. Ad
 dunt quidam etiam quintum dictum Ionicum.

**LIBER SECVNDVS: IN QVO DE PRIMIS
 DUCIBUS: & eorum post Diluuium Genealogia.**

Siccato
 ab aquis
 orbe viij.
 erant tñ
 homines
 Noa
 Chaos &
 iemē mū
 di.
 Tytea.
 Arcia.
 ogygisa.
 Saga.

Ecessit igitur nos ex premissis considerari quid & Caldei
 ac Scythe scribunt siccato ab aquis orbe non fuisse nisi
 dictos octo homines in Armenia: Saga: & ab his omne hominum ge
 nus in terris seminatum: atque ob id Scythas recte dicere & appel
 lare Noam omnium deorum maiorum & minorum patrem & humanę
 gentis auctorem: & chaos: & semen mundi Tytea vero Arciam
 i. terram in qua semine Chaos posuit: & ex qua tandem ex terra cum
 cti prodierunt. Preter vero tres primores filios Noam post dilu
 uium gigantes plethron filios genuit. Quare ad abbreviandum plus
 rimam conferet si omnem posteritatem figurabimus ab ipso Noa sum
 pto exordio: deinde sigillatim a cæteris. Primum itaque dixerunt
 Ogygisan Sagam. i. illustrem sacrorum pontificem Noam Dysir.

PRIMA Figura Noe quæ & Iani parris.

Oa cognomine Ianus Ogyges ante diluuium ge. Sem:
 Cham: & Iaphet. Post diluuium vero omnes isti huic arbo
 ri annexi sunt ab eo geniti: primo ex Tytea. xvij. Ty
 tanes. Ex Araxa prisca regina et Padora iuniore: Macrus: lae
 petus iunior: Prometheus Priscus: Tuyscon gygas: Crana:
 Cranus: Granaus: Thetis: Oceanus: Typhens.

Araxa prisca ge. Scytham priscam: a quo Naptus & Priscus:
 Tuysco germanorum & Sarmatam pater: Mantus: Inghaenon
 Iteuon: Herminon: Marfus: Gabritius: Suentus: Vandalus

Tentanes: Hercules: Huntis.

Secunda arbor Genealogiarū Sami.

Samis qui ponitur primus filius Noa genuit hos quinque:
Arameus: Arpaxeus: Lugdas: Assyrus: Helameus.

Posteritas Aramei.

Arameus filius Sami genuit hos quinque duces. Getul:
Alam: VI: siue Vol: Mesa: Aufon.

Posteritas Arpaxei.

Arpaxeus filius primogenitus Sami ge. Salem. Sala ge. Heber: Heber genuit Ictan siue Ister: & sic deinceps. Ister Dal: madan: Sarmates: Saledus: Iader: Adulas: Azalus: Dicias: Obalus: Albanaes: Sars: Epirus: Obulas: Thyobum.

Posteritas Mesæ filij Aramei.

Mesæ filius Aramei ge. quinque hos duces: Getū: Dacū: Bē nomen: Brigū, Thynū. Tertia arbor posteritatis Iapeti.

Iapetus qui & Iopetis et Cephus. Atalus ge. hos octo duces ex Andromacha: Comerus: Medus: Magogus: Samotes: Dis: Tab al & Iubal: Mosus: Tyras. Ion gen. Helifan: Tarsum: Dodoneus: Kytin: Italus: Atalaus.

Ab hoc Iopen & Iaph: & primo genitus Comerus Gallas

Comerus primogenitus genuit tres hos duces: Ascaniū: Rypheū: Tagum: Orma. Posteritas Itali.

Italus cui nomē Kytin: cognomē Atalus siue Athlas. gen. Hyam: Morgetē: Siculū: Rhomā: ex pleiade. In Italia septē pleiades Maiā: Celeno: Ameroen: Steropen: Tagerā: Alcinoen: Electram. Posteritas Samotis.

Samotes cognoīe Dis genuit Magū: Magus Sarona: & sic deinceps. Sarron Druydem: Bardū: Longonē: Bardū iuniorē. Celtem: Galathea pellex Herculis: Galatheā ge.

Quarta arbor cōtinens posteritates Cham siue Chameſis

Chem Aegyptij: Cham Hebrei vocant cognomine Cam: sen genuit quinque duces: Cur: Osiris: Cana: cognomine Phoenix: Phaeton qui & Pheriton Ochus.

BEROSI

Posteritas Curetū.

Cur pater Curetū. ge. quinq; duces Arabs: Saubecres: Saba:
ba: Thurifer: Sabatius: Saga: Nymbrotus pater Beli pater:

Posteritas Sabę Turiferi.

Saba turifer posteros sex dedit. Gogus pater Gāgis & In-
di. Triton ge. Ammō ge. Dionysius Lybicus: et larba: genuit
Deaba cognoie Gera. ge. Lonniū: qui & Gerons.

Posteritas Sabati Sagi.

Sabatius Saga genuit hos Curetes. Sabatius pater Sabel-
li Caritus. Curitis pater Anitini: Anitinus ge. Arunus ge.
Pherentius.

Posteritas Pheritonis siue futonis: siue Phetonis.

Pheriton siue Pheton. Moyses Phut ge. Lygur ge. Cyd-
nus ge. Eridamus ge. Ventus. ge. Venetus. ge. Tyla.

Posteritas Canæ siue Phenicis.

Canæ cognoie Phenix Sidon: Arcadius: Ematius: Sinis
Moyses p̄la enumerat: q̄a illi impleuerūt Phenicię portio-
nem quā occupaturi erant hebrei quā ip̄i vocāt terrā chanaā.

Posteritas Osiridis quā Moyses vocat Mizraim.

Osiris quē Aegyptij Osiri vocant. ge. Hos Lydū piscū:
Anameonem siue Meonem. Casteū a quo Siri & Capado-
ces. Petreium: a quo Palestini. Lybium cognomine Hercolē
Neptunum patrem Lestrigonis Orum.

Posteritas Lybii Aegyptij Hercolis.

Hercules: cui nomen Lybius ge. lxxv. duces ex Araxa Sy-
tham iuniorē: Tossū: Agathirsū Peuccinū: Gythona ex
Galathea: Galatē: ex Omphale: Atō. I. Tespiades ex Armēa:

Posteritas Tusci.

Tusci siue tusci Abaco genitus. Alceus a quo genitus
Blascō: a quo ge. Armenia: Cāboblascon Curis qui & Abo-
tinus. Acāboblascone Iastus: a quo Coribā. Iterū a Cāobla-
scone Dardanus. Erictonus: Tros: Ilus: Lamedon: Priamus:

A Curete qui & Abotinus: Syphus: Tile ipiti: Cibela:

Posteritas Atus.

Atus ex prognatis Herculis: & Omphales: Manus: Astari
Pipintus: priscus: Atho iunior: Tharon: priscus: Turhenus:
Tralimenus: Lydus.

BEROSI CALDEI LIBER TERTIVS.

As igitur principum atque heroum origines atque posteritas
abreniamus ex nostris Caldeis atque Scithicis libris:
quoad satis sit: nam & multos alios memorie mandant: qui vel
quia nihil ad nostram intentionem accurationem aut partem afferunt: ob
id dimittimus resumptori illos ubi optis fuerit.

Quo pacto Exinanitus orbis fuerit Colonis et hominibus
oppletus dicendum est. Ex sicato humo & torrefacta terra Noa
cum familia de monte Gordio: ut par erat: descendit in subiacentem
planiciem plenam cadaverum: quam usque ad hanc aetatem appel-
lant Miri Adam. i. euisceratorum hominum: & inscripsit in lapide:
in monumentum rem gestam: & vocant incole locum egressorum
Noe. Compressi vero coniugibus perpetuo geminos edebant ma-
rem & seiam: qui adulti & coniuges effecti: & ipsi binos partu
liberos semper edebant. Neque enim unquam deus vel natura defuit re-
rum necessitati: quae uniuersum orbem spectat ad opulentiam: spa-
cio breui in imensum adaucto humano generi omnique Armenia
completa opere erateos in recedere atque novas sibi sedes congrere.

Tunc senilissimus omnium pater Noa: iam antea edoctus the-
ologia & sacros ritus coepit etiam eos erudire. humana sapientiam
Et quidem multa naturalium rerum secreta mandauit litteris: quae so-
lis sacerdotibus Scythae Armeni commendant. Neque enim fas est
illa ulli inspicere: aut legere vel docere quam solis sacerdotibus &
inter sacerdotes duntaxat sicut & quos rituales libros reliquit:
ex quibus illis primum Saga nomen fuit inditum: id est sacerdos
sacrificolus & pontifex.

Docuit item illos astrorum cursus: & distinxit annum ad cursum
solis: & .xij. menses ad motum lunae: quae scientia predicabat illis ab-
initio: quod in anno & cardinibus eius futurum contingeret: ob quod

Noe sapi-
pientia &
doctrina
Libri ri-
tuales.
saga quod.

Olybama
& Arsa
quid?
Kitis que
iā Italia

Noe no-
mina.

Titea
Aretia.
Vesta
Noa pri-
mus vites
inuenit

Chem.
zoroast.
Noa si-
lio Chē
carmine
magico
sterilis ef-
fectus

illū existimauerūt diuine nature esse p̄ticipem: ac p̄pterea il-
lum Olybama & Arsa, i. coelum & solem cognouerunt:
& illi plures ciuitates dedicaerūt. Nam & ad hæc t̄pa Scy-
thæ Armeni vrbes habent Olybama & Arsa: Ratha & eius
cemodi. Cuius iussit ad regendū Kitim: quā nunc Italiā no-
minant desiderū sui reliquit Armenis: ac p̄pterea post mor-
tem illū arbitrati sunt in animā celestīū corporū: & illi diuis
hos honores impenderūt. Et ob id solum hæc duo regna Ar-
menū q̄dem: quia ibi coepit, Italicū vero: quia ibi finiuit: &
docuit & regnauit: naturaliumq; atq; diuinorū eos eruditit li-
bros plenissime illis cōscriptos reliquit: venerant simulq; eos
gnominant coelū: solem: chaos: semē mūdi patrēq; deorū ma-
iorū & minorū aīam mundi: momentū coelos & mista: ves-
getabiliāq; & aīalia & hoīem deum pacis iusticię sanctimo-
nię expellētē noxia: & custodientē bona. Et ob hoc illū vtreq;
gentes signant in scriptis cursu solis & motu lunæ & sceptro
dñi quos malos & noxios expellebat a cætu hoīm et castimo-
nia corpis: & sanctimonia animi duabus clauibus religionis
& foelicitatis. Neq; nimis Titeā que mater oīm erat Aretia:
id est terrā vocabant. Vestam, i. iguem post mortē cognomi-
nauerūt: quā ip̄a regina sacrorū fuerat: & puellas docuerat sem-
piternū ignem sacrorū in extinctū seruare. Cæterū Noa an-
teq; discederet ab Armenia docuit illos simplicem agricultū-
ram magis curans religionē & mores q̄ opulentīā & delicias:
que ad illicita et libidinē p̄uocant: et celestīū iram nup̄ indu-
xerant. Primus tñ oīm inuenit vites: atq; plantauit et vinū cō-
ficere docuit: cuius vim inexpectus & vaporē ebrius effectus mi-
nus pudice in terrā cecidit. Erat illi vt diximus filius ex tribus
patris adolescētior Chem: qui sp̄ magice et venefice studens:
zoroast nomē cōsecutus erat. Is patrē Noā odio habebat: quā
alios vltimo geitos ardētius amabat. se vero despici videbat:
potissime vero idē insensus erat patri ob vitia. Itaq; nactus opi-
tunitatē cū Noa pater madidus iaceret illius. Virilia comprē-

hēdens: taciteq; sub mūrūrāns carmīe magico patri illō sic
 simul & illum sterile: pīnde atq; castratū effecit: neq; deins
 cept Noa femellā aliquā fecundare potuit. Ob beneficū in
 tuente vitis & vini dignatus est cognomēto Iano q; Arameis
 sonat vitifer & vinifer. At vero Chem cū publicenrū peret
 mortale genus afferens: & re ipā exequens cōgregatū esse:
 vt ante inūdatiōē cū matrib: sororibus: filiabus: masculis:
 brutis: & quouis alio genere ob hpc eiectus a Iano pīssimo
 & castimonia atq; pudicitia: refertissimo sortitus est cognos
 mentū Chem Esēna: id est Chem infamis & impudicus: in
 cubus: propagator. Est em Esēm apud Scythas Arameos in
 anis & impudicus. Enna vero tum ppagator: em inter homi
 nes huius dogmatis sequuti fuerunt Aegyptij: qui sibi illum
 suū Saturnū inter deos adolescentiorē fecerunt: & ciuitatē il
 lo posuerūt dictam Chem Myn: a qua ad hanc aetatem omēs
 ciues illius appellamus Chem menitas. Verū posteri hoc vis
 tiosum dogma neglexerūt retento: qd fuit primi moris vt in
 ter fratres & sorores cōiugum iniri posset.

Chē Ese
 nna. i. i. r.
 famis

BEROSVS DE ANTIQVITATIB. RE GNORVM. LIBER QVARTVS.

m Vltiplicatū est imensum genus humanū: & ad cō
 parandas novas sedes necessitas cōpellebat. Tum las
 nus pater adhortatus est hoies principes ad querens
 das novas sedes: & cōmunem cētū inter hoies agendū: & edī
 ficandas vrbes. Designauit itaq; illas tres partes orbis Asiam:
 Affricam: et Europam: vt ante diluuiū viderat. Singulis aut
 his principib: singulas ptes ad quas irent partitus ipē per to
 tum orbem colonias se traducturū pollicitus est.

Itaq; Nymbrotū creauit Babilonię Saturnū primū: vt ibi pri
 mū edificaret colonis suis. Quare Nymbrot^o assūpto filio lo
 ue Belo cū colōis furat^o ē rituales Iouis Sagi et cū p pfo venit
 in cāpū Sēnaar: vbi designauit vrbē & sūdauit maximā turri
 āno salu. ab aqs. 33. regnavitq; ibi ānis. 56. & deduxit turī ad
 alitudinē et magnitudinē mōtiū ī signū atq; monumētū q;

Nymbr
 tus
 Iupiter.
 Belus.

BEROSI

primis orbe terrarū est populus Babilonicus & regnum res
 gnorū dici debet. Ergo ab eo exordiemur: et per ipm mensu-
 rabimus omnia regna: & eorū reges ac tempra abbreviando il-
 la in hunc modum.

Babillo. An. Cuius a salute ab aquis prima oim gentiū & civita-
Satur- tū fundata est a Saturno Babiloneo nostro: vrbs & gens no-
nus. stra Babilonica multiplicataq; est nimis numero posteritatis
Babillo. magisq; studuit paci & religioni Saturnus deorū q̄ opulenz
 tijs. Et turri q̄dem edificavit: sed non cōplevit: nec designatā
 urbem fundavit: quia post. lvi. annos subito nō cōparuit trās
 latus a dijs. Ab exordio huius Ianus pater misit in Aegyptū
Chem. cum Colonijs Chem Esenuū: in Lybiam vero & Cyrenē Tri-
Esenu? tonem: & in totā reliquā Affricā Iapetū priscū Atalaa in A-
Triton siam orientālē misit Gangē cum aliquot ex filijs Comeri Gal-
Iapetus li: in Arabiā foelicem Sabū cognoie Turiferū Arabū p̄foez
Dufcus. cit Arabiæ deserē & Petreitū Petreiae Canā posuit a Damas-
Tuyfco. sco vsq; in extima Palestīne. In Europa regem Sarmatię foe-
 cit Tuyfconē a Tanai ad Rhegū: iunctiq; sunt illi omēs filij
Tyras Istri & Mese cū fratribus suis ab Adula mōte vsq; in Mese-
Samotes. beria ponticā. Sub his tennerūt Tyras Archadius: Emathis
Zubal. us Italiam tenuit Comertus gallus: Samotes possedit Celtas:
 & Iubal occupavit Celtiberos.

Hij sunt qui egressi sunt post Nymbrotū singuli cum fa-
 milijs & colonijs suis reliquētes nomina sua locis in signū ex-
 peditionis a Iano patre cōmissæ: & ad monumentū posteris
 vt sciret quis eorū fuerit cōditor. Hij iuxta mandatū Iani co-
 lonis turri cōstructa pro metropoli ipi in veis & cāternis ca-
 sas habebant. Solus noster Saturnus idcirco excessit mandatū
 quia urbem vrbū & regnū regnorū voluit esse Babilonia:
 Rursus his tempibus Ianus cum oēs in colonias misit abiit
 sent: eos qui remāserant bipartitus est. Nam secū retinuit filijs
 os plurimos: quos post salutē ab aquis genuit: & item maximā
 mam gentiū multitudinē quam secū in colonias cōducturus

erat. Scythiacū matre sua Araxa & aliquot colonis qui Armeniā Incolerent. Rex primus relictus est: cōstituto summo pōtifice Sabbatio Saga ab Armenia vsq; in Bactrianos que longitudo a nobis ad hanc ætatem vocat Scythia Saga.

Scythia.
Araxa.
Sabatius
Saga:
Ianus ab
Armenia
egressus.

Postremus oīm ipse Ianus ab Armenia per orbem coloni as seminaturus egressus est. Hæc nostri maiores multis libris tradiderūt. Nunc de tempib; eorū ac posteritatib; dicemus iuxta id qd in nostra Caldaica & primordiali Scythica histo. fideli memoria conseruatam est.

BEROSI LIB. V. DE REGNORVM ET PROVINTIARVM ANTIQVITATE ET origine.

T supradiximus āno a salute hūmani generis ab aquis. cxxxi. coepit regnū Babilonicū: sub nostro Saturno patre Iouis Belit: qui impauit annis. lvi. āno huius. x. Comertus gallus posuit Ionias suas in regno q post Italia dicta est. Et regionē suā a suo nomie cognoiauit: docuitq; illos legem & iusticiā Anno eius. xij. Iubal cōdidit Celtiberos: & paulopost Samotes qui & Dis Celtas colonias fundauit: neq; quispiā illa ætate isto sapientior fuit: ac propterea Samotes dictus est. Anno Nymbroti. xv. Oceanus ad Nynū Aegypti confedit: & multos ex sorore Tetide edidit liberos: inde supuenit ille corruptor hūani genis Chemesenus ubi Telchines magicā docēs maxia opinioe celebraūt Anno. xvij. eiusdē Babilonici regis Gogus: Sabeā: Arabiā: Foelicem cū Sabo suo patre puer tenuit: & Triton Lybiam: & Iapetus priscus Atalaa Affricā: car Aethiopiā: & Getulus Getuliā. Anno eiusdē. xxv. Tuyscon Sarmatas maximos populos fundauit: & Mesa cū filijs Istri priscos Messios posuit vsq; ponticā Mesembriā ab Adula mōte. anno. xxxviij. eiusdem regis Sagæ Armeni multiplicati possederūt oēm Caspiam regionē ab Armenis vsq; in Bactrianos: & Ianus pater Ianeos colonos transduxit in Hircaniā: & Iantilos in Mesos

Comertus
gallus
Italia.
Iubal
Samotes
q & Dis
Oceanus
Tetis.
Chemesenus.
Telchines
Gogus

BEROSI

potamiã; versùs mare sub Babilonia. Anno. xl. eiusdē regis aliquot coloni ex filijs Comeri in Bactrianis sibi sedes quæsi uerunt: Et Gānges in India sedem sui nominis.

Gānges. Anno. xlv. eiusdē regis aliq̄ ex filijs Mese ac Getuli: iūcti si mul. primi Mesagetæ in India propagauerūt. Eadem tempe state Saturnus rex Babilonię misit p̄icipes coloniarū Assiriū Medum: Mosciū: & Magogū qui regna cōdiderūt. Assiriū: Medum: & Magogum in Asia: Moscos uero: & in Asia sis mul: & in Europa. Anameon quoq̄ adolescētulus meones a se dictos condidit & regnauit quinquaginta annos.

Anameō

DE BELO IOVE.

Belus
Iupiter: s
Ectūsdus rex Babilonię Iupiter Belus filius dicti Sa turni regnauit annis. lxiij. & fundamēta designata Ba biloniē oppidi magis q̄ urbis erexit, Pace fruebatur vsq̄ circa finem imperij sui.

Comer?
Vei
Veitula.
Vlurdū.
Cyocho
la:
Tyras.
Traces.
Ianus p̄
Vnæ
Ianineæ.
Galli
Chemele
nus
Ianus p̄
Anno. iij. huius Comertus more Scythico vnde uenerat docuit suos Italos urbem curribus cōponere: Et idcirco uei ap pellati sunt uocabulo Sago: qui ueias plaustrū appellant: & urbem ex his compositā si parua sit ueitulā: si magna Vlurdū: si metropolis Cyocholā: ad hęc quoq̄ t̄pa Scythe plau stris: et curru pro de mibz utunt. Et sub solario q̄dem stabulū supra uero hñt officinas de mus: cōclusit & loca a se cognoia ta. Tyras postq̄ Tyrim fundauit cum principibz coloniarū littora maris tenuit: fundauitq̄ Traces: Archadius Archadiā Emathius Emathiā tenuit. Anno. xlv. huius Beli Ianus pater posuit colonias in Arabia felice: & a suo noie vnas uoca uit Noa: & a cognomie Ianineas. Qui uero ab anito cogno mine illos appellauit Gallos. Anno. lvi. huius Beli: Chemes senus uenit in Italiā ad Comeros: & non cōparente Comes ro cœpit colonias regere: atq̄ corrūpere suis impietatibus: & sceleribus. Ianus uero pater circa Arabiæ felicis finiuū plures colonias relinq̄s: & a se Ianineas cognominās in Africam ad Trigonē uenit: hac ætate Iupiter Belus cœpit libidine do

minandi torq̄ri. Et paulo ante Araxa cū filio Scytha creato:
 omnium gentium Sagar̄ rege Sabatio Sagat̄q; in Armenia re
 licto ip̄a occupauit oim̄ p̄tem occidentalē ab Armenia vsq; **Araxa.**
 in Sarmatiā Europe. At vero Inpiter Beelus cum nō possit **Scytha.**
 alios subiurgare nisi subacto & trucidato Sabatio Sagarū re **Saturnus**
 ge: clam molitus est illū perimere. Cūq; Saturnus p̄spiceret **Fuga se**
 se nō posse eaderet: q; innumeras insidias sibi parauerat lupi **tatur.**
 ter Belus: clādestina fuga se totabat in Sagis Caspijs delitescē:
 do. Cūq; naturæ cōcederet iussit filio Nyno vt Sabatiū Sa
 gam funditus deleteret: & om̄es p̄pos Bab. Ionico regno subij
 ceret: quia oim̄ in orbe primū fuisset. Quo accepto Sabati
 delitescebat in Bactrianis Sagis: quousq; cerneret ip̄s idone **Sabatius**
 um: vel ad regnū vel ad fugam: ita arma Iouis cōtra eum para **Triton**
 ta: illū regno pepulerūt circa tempa Semiramidis. Eodem tē **Hāmon**
 pore Triton reliquit filiū Hāmonem regem Lybie: qui ac **Rhea.**
 cepit cōiugem Rheam sororē Chamesenui Saturni Aegypti **Almatea**
 orum: sed tamē ex Almatea adolescentula: clam Rhea Dio
 nisiū substulit: & in Nysam urbem Arabigedicandū misit.

DE NINO FILIO BELI.

Ertus rex Babilonię nostris scribit Nynus Iouis Be **Nynus.**
 li filius: & regnauit annis. lxx. hic omnibus suis viribus
 sumptis armis patris sui Iouis Beli: omnibus bellū ins
 tulit nulli parcēs: & Sabatiū Sagam q̄ esset in oim̄ desiderio
 oim̄ studio ad interitū q̄ritabat: quare etiā toto huius tpe ex
 tul apud suos delituit. Hic oim̄ primus ex nostris regib; Ba
 bilonicū regnū p̄pagauit: & omnium primus templū Belo pa
 tri: & matri Iunoni & Rheę auia: & statuas in medio opidi
 Babilonię erexit. Anno huius Nyni. iiii. Tuiscon gygas Sar
 matas legibus format apud Rhenum: Idipsum agit Iubal
 apud Celtiberos: & Samotes apud Celtas. Ecōtrario Chama
 senus Saturnus Aegyptiorum Chomarus: Italos nitebatur
 corrūpere: iurantibus illum cōuenis & aduenis quos ille pro

BEROSI

Rhea. Italiae colonijs cōduxerat. quos ip̄i vocāt mōtanos. Aborigi-
Alman. nes; vt apud Lybiā lis orta est inter Rheam & Hāmonē; ob
Ianus p̄r. stuprū admīssum cū Almāthea: q̄rebatq; Rhea vbi Dionys-
Noela. sius esset; vt eum p̄deret; & diu lis ista rixaq; p̄steterauit. An-
Noegla. no Nyni. x. Ianus pater ex Affrica in Celtiberos Hipalos ve-
Camele. nit; vbi duas colonias diuisit a se dictas Noelas; & Noeglas:
 his em̄ etiam antea cognōibus cognōiauerat vxores Iapeti &
 Chemesenti. Nyni anno. xix. Ianus pater veniens in Italiam
 cū cōperisset Camesenuū p̄ter opinionē corrūpentē iuuentu-
 tem; tribu annis illū equo animo tulit. Deinde illi aliquot co-
 lonijs assignatis eum Italia excedere iubet: ip̄e om̄es colonias
 diuisit. Etem̄ oēs colonias Comaros corruptos & cōuenas; &
Crana. aduenas mōtana terras Ianiculū annū colere iubet; illisq; filiā
Helerna. suam Cranā Helernam; id est suffragio ab his electam & ex-
 altatam reginam cum sceptro Albam dat.

Namq; duos filios suos nouissimos cū illorū posteritate:
Razenua Cranū & Cranā Ianus cū Comero miserat: coaluerantq; in-
 gentē atq; posteritatē maximā: quā nostra ætate Ianigenā vo-
 cant; cognōiavit aut̄ Razenuā. i. sacram ppagatricē incubāq;
 cōtra impietatē Camesenui: itaq; suam posteritatē separatā
 ab Aboriginibus esse voluit cis Ianiculū anem in planicie
 atq; maritimis. Cognōiavit aut̄ eam Razenuā: vt & Cranū
 Razenuū. Interea cū Italia discessisset Camesenuus; ad illū
 Rhea venit; & illi nupta ambo cōtra Hāmonem cū Titanis
 bus pergūt: ibiq; bello cōmissō pellunt regno Hāmonē; &
 in Cretā cogunt. Cū in Lybia Camesenuus regnat; parit ex
Ianus Sabatius Rhea sorore Osirim quē cognominavit Iouem. Anno. xxij:
 Nyni Ianus in Tuscia Ianiculū qd' ætate Camesenui condi-
 dit sedem sibi p̄petuā statuit vsq; Arinū: vbi colonias possi-
 tas vocauit Arin Ianas; id est a Iano exaltatas Vetulonię iura
 dicebat. anno Nyni. xliij. Sabatius cum aduerteret nullo pa-
Barlanes cō sibi licere vt̄i regnis creato Armeni Sagis rege filio Bar-
 zane in Sarmaticū ponti litus cōcessit. Eadem tempestare

Dionysius Hāmonis filius armis sumptis Rheam & Came
 senū regno paterno pellens: & secū Osirim retinēs: in filiūq; ^{Dyonis?}
 adoptans: esim a patre suo Hāmonē Ionem cognouit: vti a ^{Hāmon.}
 magistro Olympo olympici: eiq; totius Aegypti regnū tra- ^{Iupiter.}
 didit. Eodem anno virgo Palladon apud Tritonidē lacū in ^{Palladon}
 fantula exposita ab eodem Dionysio: loue Lybico etiam co- ^{quæ &}
 gnominato adoptata in filiā fuit: quæ oēm militiā prima Ly- ^{Pallas.}
 bicos docuit. Eodem tempe Ianus pater Ianigenas Rezen-
 os docuit Phisicā; Astronomiā; diuinationōes ritus: & rituales
 scripsit: & oīa literis mādauit. Eisdē vero noībis & venerati
 one diuina sunt psequuti: q̄bus in Armenia Saga erant vsi.
 Anno. xlix. Nyni Celtiberos rexit Iberus filius Iubal: a quo ^{Magus?}
 Iberi noīati fuerūt. Nyni. xli. anno apud Celtas regnauit S. ^{Barzanes}
 motis filius Magus: a quo illis oppida plima posita sunt. VI
 timo anno Barzanes in Armenia a Nyno superat.

DE QVARTO REGNO ASSYRIORVM IN QVO ASCALONITA SEMIRAMIS

Varto loco regnauit apud Babiloniā vxor Nyni As-
 calonita Semiramis annis: xliij. Hęc antecessit militiā
 triumphis: diuitijs: victorijs: & imperio oēs mortas
 les. Ip̄a hanc urbem maximā ex oppido fecit: vt magis di-
 ci possit illā edificasse q̄ ampliasse. Nemo vnq; huic femine
 cōparandus est virorū: tanta in eius vita dicunt & scribunt:
 tum ad vitupationē: tum maxie ad collaudationē magnifica
 Huius primo anno orit̄ ex Rheā & Cameſenuo in Aegy-
 pto Iuno aegyptia cognominata Isis; maxima frugifera: legis
 fera: soror & vxor Osiridis.

Eodem anno Sabatius Saga Ponto soluit in Italiā ad pa-
 trem Ianū: quē exceptū hospicio post aliquot annos illū Co-
 ritum creauit: & Aboriginibus præfecit. Anno. vi. Semiras
 midis apud Rhēni Sarmatas regnauit filius Tuisconis Mā-
 nus: & apud Ianigenas Razenuos Vesta vxor Iani sempitern
 num ignē custodiendū virginibus: puellis edoctis sacra tras

BEROSI

didit. Anno. xij. Semiramidis Sabatius Saga cū Iano regnat
 Anno. xvij. Semiramidis Sabati Saga docet agriculturam:
 & aliquantulū religionis.

Anno Semiramidis. xxij. Sabatius Sabū p̄fecit Sabinis:
 & Aboriginibus: ip̄e iuxta Ianiculū cum alijs Curetis regio
 nem coluit: & ibi obiit. Anno. xxxiiij. eiusdem apud Celtis
 beros regnat Iubalda filius Iberi apud montem sui nois.

DE Assyriorū quinto rege qui zamis Nynias fuit.

Vntus apud Babilonios regnavit zameis Nynias
 as filius Semiramidis annis. xxxviiij. in regno Babi
 lonico: hic parum resplenduit: ornavit tamen tem

Ianus an
 no vitæ
 suæ. cccl.
 moritur.
 Cranus.
 Coritus.
 Vortunus
 nus
 Osiris &
 q̄ ab eo
 sunt inue
 ta.

pla deorū: Caldeos ampliauit.

Eius anno primo cum Sabatius obiit: Ianus pater sequiss
 mus filiū suū Cranū Coritū creatit: octavoq; post anno obi
 it expletis vitæ suæ annis. cccl. & Ianigenæ: illū Vortūnum
 appellātes: templū illi & divinos hoies vt par erat impēdēt.

Hoc anno Osiris inventis a se & a forore adulescentula
 frumento & frugibus coepit docere illa in Palestina. Inde res
 uersus in Aegyptū: & invento aratro & his que ad agricultura
 ram p̄tinent: sensim vniuersam peragravit orbē docens que
 cumq; innenerat: & ita vniuerso impavit orbē: exceptis genti
 bus que iam in Babiloniorū venerant potestatem.

Saron
 apud Cel
 tas publi
 caliteras
 rum stas
 dia insti
 tuit.
 Chame
 senus

His temporibus regnavit apud Celtas Saron: qui vt cōtines
 ret ferociam hominū tam recentam publica litterarū studia
 instituit: & apud Tuscōnes Inghaenon.

DE ARIO SEXTO REGE ASSIRIORVM.

Extus Babiloniae rex Arius regnavit annis. xxx:
 qui adiecit imperio omēs Bactrianos. Nam patris
 lo ante mortē Nyniæ Chamesenus pulsus ab omi
 ferme orbe in Bactrianos sese cōtulerat: & ille magico prestis
 gio sibi devinxerat: adeo vt apud illos maximis viribus im
 peraret. Coacto autē Chamesenus maximo populorū exercitū

tu intulit Assyrios: cōtra quē Nynus dimicās superior fuit; & Chamesennū obtrūcauit. Inde paulo post ipse obiit. Quare Arius collecto exercitu ꝑ est patris Nynic obitū Bactrianos & omēs Caspios sibi subiecit.

Cranus Ianigena sororē suā mortuā cū Ianigenis Razennū is suis & omībus simul Aboriginibus solēni pōpa celebrat. **Cranus.**
Et illi Lucum iuxta Ianicolū annū solēnesq; ritus & diem sacrat: ipse senex filium suum Arunū Coritum creat **Arunus**

Arij. xx. anno apud Celtiberos regnat Brygus qui multa opida suo noīe fundauit adiectis noibus capitū originū; quibus illa cōsignabat. **Brygus.**

Apud Lybiam regnauit priscus Hyarbas. vir ferox armis & militia Paladius Anno. xxiiij. Arij apud Ianigenas Razennos regnat Arunus filius Crani Anno. xxix. apud Celtas Dirus peritū plenus. **Paladius.**

DE ARALIO septimo rege Assyriorū.

Eptimus Assyrijs impat Aralius annis. xl. vir iste claruit ingenio & studio militari; & primum adauxit populos & gēmas; & muliebres delicias; apud Lybiā Hyarbas cum Paladnis feminis belligerās nō fuit illis par; quas re donis occurrens se; ac regnū illarū permisit potestati **Aralius.**

Apud Thyscōes regnabat Herminō vir ferox armis; et apud Celtas Bardus inuēctioe carminū & musicę apud illos indyctus.

Aralij āno. x. Armeni; Ianigenę; Grifonij cum colonis suis ad arunū Ianigenarū venerūt; quos exceptos hospicio; etiā sedem cū Ianigenis Razennis assignauit. Classe quoq; Auson eodem tempore ab Arunio fuit exceptus anno. viij. sequente; & sibi sedes in orientali Italia ab eodē cōsignata fuit.

Idē Arunus in Vetulonia lucū sacrauit Crano; & inter Ilos. i. deos annūeravit. Iano quoq; vortūno templū et statuā Arunus nō pcul vire dedicauit; et deo Razennio in Vetuloia sacellū Auson. Arunus cōdidit. Nonnullis ānis Arunus; Malot; Tagetē filiū creauit **Arunus**
Auson.
Arunus
Tagetē.
ut Coritū &. 37. Aralij āno obiit; & successit Malot; Tages.

BEROSI

Malot. Anno penultimo Aralij classi venit ad Malot Tagetem
Coritus. Razenuū Ianigenū Phæton cū suis: qui inueniens omnia ab
Phæton. Ansonijs occupata ab oriente: & mōtana a Gallis & Abo
 riginibus possessa: planicie vero a Rasenuis Ianigenis habi
 ta donatus fuit: parte occidentali: posseditq; cū sua posteritas
 te montes & totum Eridanū vsq; in regionē proximā istis re
 linquens nomina locis.

Italia in Eo tempe Italia in tribus locis arsit multis diebus Istros
tribus lo Cymeos & Vesuuios: vocataq; sunt a Ianigenis illa loca pa
cis arsit. lenzana: id est regio conflagrata.
Palēzana

DE BALEO XERXE OCTAVO RE GE ASSYRIORVM.

regio cō **Baleus.** Ctaūtus rex Babiloniæ fuit: Baleus cognomēto Xer
flagrata. **Xerxes.** xes: & regnauit annis. xxx. hunc appellauerūt Xerxē:
 id est victorem et triūphatorē: q; impauit duplo plus
 gentibus q; Aralius. Erat em̄ militia ferox & fortunatus: &
 propagauit regnū vsq; ppe Indos.

Tag^o co **gnomen** **to Orma** **Taga** **Marfus.** **Phæton.** Huius Balei Xerxis tempibus: regnat apud Celtiberos
 Tagus cognomento Orma: ex quo patria dicta fuit Taga:
 Apud Tryscones regnat Marfus: & apud Lygures Phæton:
 relicto filio Lygure regressus est in Aethiopiā: Malot: Tages
 ritus sacros a Iano traditos & Aruspian auxit:

DE ARMATRITI. Nono rege Assyriorum.

On^o **n** **qui** **magis** **ad** **voluptates** **&** **delitias** **cōuersus:** **ea** **quæ**
ad **libidinē** **spectant:** **cū** **inuenit** **tum** **maxime** **inuentā**
ampliauit. Huius ætate apud Celtas: Longho regnauit: &
 apud Celtiberos Betus: a quo regnū habuit nomen: & apud
 Ianigenas: Sicanus filius Malot: Tabetis: a quo cognominas
 ta fuit Vetuloniæ regio.

Anno. xx. Armatritis Lygur misit Cydnum & Eridanū
 cū colonijs: cum fratribus & nepotib; & occupauerunt vsq;

Istrēm in Italia.

(Horchiam.)

Sicanus deificauit Aretia: & noiauit eā lingua Ianigena

Sicanus.

Osiris in Tracia peremit g̃gantem Lygurgum.

Horchia

Anno Armatritis, xxxij. apud Celtiberos tyrānidē assum

Osiris.

psit deabus: qui cognomentū p̃meruit a Fodinis auri & di

Lygurg?

nitijis quos primus ibi coepit: & inuenit opprimens colonias

Deabus.

Et post duos annos apud Celtas regnauit Bardus iunior.

Bardus.

Iunior.

DE BELOCHO DECIMO REGE ASSYRIO.

Ecimus assyriorū rex imp̃at Belochus annis, xxxv. q̃

d idcirco a Belo sumpsit cognomē: quia cū imperiū vo

luit exercere maximū pontificiū Beli Ionis: & maxie

circa auspicia & dirinationes occupatus fuit. Eius auri apd̃

Gābriui

Tur̃scones regnauit Gambriuius vir fero cis animi

us.

Apud Emathios coepit regnare Macedon filius Osiridis

Macedō

a quo nunc nomē retinet puincia: atq; circa hoc regnū Osir

irs dep̃ssit g̃gantes qui iam tyrannidem ceperant.

Vigesimo nono huius Belochi āno apud Celtiberos Lō

Lōnimi.

nimi florebant & edificauerūt a suo noie urbem magnā Lō

nimiā. Anno aut̃ sequente Itali oppressi a tyrannis g̃yganti

Osiris.

bus in tribus Palensanis aduocauerūt Osirim: qui cū coloni

is ad Istri vicinos fontes p̃renerat Osiris tota Italia potitus

Lestrigo

.x. annis illā tenuit: & a se noiauit in triumphū: & sub dicti

one positus g̃gantib; regem Ianigenis reliquit: Lestrigonē

g̃gantem sibi ex filio Neptuno nepotem.

Anno, xxxij. Belochi rex Lucus regnare cepit apud Cel

Mare

tas notissimis annis Belochi tenuit mare Arcticū: & ebullies

ebuliens.

inundauit Atticam.

DE BALEO. XI. REGE ASSYRIORVM.

v Ndecimus rex Babilonis fuit Baleus ānis, liij. Hic post

Baleus.

Semiramidem supra ceteros enituit fama: splenduit im

Porcus.

perio vsq; intra Indiam Libri multi de eius gestis sunt a nos

tris cōscripti. Huius anno, x. Porcus Cados Sene insulā cō

pleuit. Vethloicis colonijs patrē relinqns posteritate Lygures
 Huius Balei tempibꝫ Indi sua obtulerūt Babilonijs. Oli
 ris in Aegyptū reuersus: coloniā quā permanet inscripsit in
 monumentū expeditionis sue per totū orbem. Apud Thy
 scones regnat Suerus; & apud Celtas Celte: a quo nomē ha
 buerūt in oēs illorū maximi a conflagratione sylvanū qui dis
 tridit Celtas & Celtiberos.

Typhon
 Bafiris
 Anteus
 Lōnini
 Lestrigo
 milinus
 hercules
 Lybius
 Hispal

Typhon aegyptius oibus orbis gygantibꝫ conscijs frēm
 suū Osiridem Ionē iustū Aegyptiū peremit: & ipse in Aegyp
 to assumpsit tyrannidē. Bafiris in Phenicea: in Phrygia ve
 ro alius Typhon: in Lybia Anteus: in Celtiberia Lōnini:
 in Italia Lestrigones; & in toto mari Milinus Cretensis

Galatas
 Galates

Hercoles Osiridis filius: cui nomē est Lybius cum Iside
 in aegypto substulit Typhonē in Phenicea Bafiridē: aliū ve
 ro Typhonē in Phrygia: Mylinū in Creta: Antē in Lybia
 Lōnimos in Celtiberia: a qua substituto illis rege Hyspas
 lo ad tyrannos Italię cōuersatus est. Cūq; in Italiam per Cel
 tas trāsiret: pmissu parentū Galatea genuit illis Galatē regē

Arni
 Lybarni
 Musani

In Italia. x. annis debellauit & expulit Lestrigōes: postq;
 viginti annos apud illos pacifice regnavit: multaq; illis opia
 da a suo nomine: & a suo cognoie Musarna sicut Gedrosię:
 & carmanie fūdauit: & loca aquis impedita habitationi ho
 minū cōmoda fecit. Anno itaq; Balei. xli. orsus in Italia pu
 gnare: cōtra gygantes. Biēnio ante illius obitū illos deleuit.
 Ita ab his Hispalis Hercules venit in Italiā: Lestrigones &
 omēs tyāncs substulit: Arnos: Lybarnos: Musarnos a se
 cognoiate s cōdidit. xxx. ānis rexit: & acersitū Tuscom illis
 regem reliquit.

DE ALTADE ASSYRIO. XII. REGE.

Altadas

Altadas. xij. rex Babilonijs fuit regnans annis: xxxiij.
 a Hic iter posuit tempus suū delitijs: existimās vanum
 esse laboribꝫ & suę vitę miseria cōtinua laborare: nō
 quod alicū humanęq; gentis vtilitate ac lūficio: sed exitio

ac feruitate: idcirco suū institutū fuit: ut vita diuitias: & gloria: aliena stulticia: posita miseria a se & maioribus partis sibi fruere quod videret.

Huius Altadis tempore Hercules filiū Tuscū ex Araxa susceptū ex Tanaide regione euocat Galathes: a quo Samo thei galli dicti: eius etate regnavit apud Celtas: & Vandalus apud Tuyscones.

Tuscus.
Araxa.

Hercules Tuscū filiam Ianigenis creat Coritū ex more: Quo etiā illis rege relicto: ipse senex admodū in Celtiberos reuertit āno Altadis. xxxix. et regnavit ibi atq; obiit: cui Celtiberi templū ad illius Gades et sepulchrū: & diuinos honores tribuerūt: p̄limasq; illius triūpho & noīe vrbes dedicate sunt: vt Lybisonā: Lyboscam: Lybancā: Lyboram. Galathem puerū ad Herculem missum in Siciliā cum colonijs misit Tuscus. Idem Tuscus primus Palatuam militiam & iniumenta Razennos Ianigenas docuit.

Lybica.
Lybora.

DE MAMITO. XIII. REGE ASSYRIO:

Ertiusdecimus Babilonie rex Mamitas: regnavit annis. xxx. Is rursus milites exercuit & assuescivit laboribus: & interpositis delitijs vnguētis & opobalsamis: militiā & pugnas exequēbat: coepitq; formidini esse Syris & Aegyptijs huius anno. xxij. Alceus Tusci filius regnat apud Ianigenas: & biēnio añ Hesperijs frater Kyrim apud Celtiberos: rursus apud Celtas Harbō: & apud Tuyscones Teitanes.

Harbō.

DE MANCALEO. XIII. ASSY. REGE:

q Vartusdecimus rex Babilonijs impatit Mācaleus annis. xxx. cuius anno primo apud Celtiberos Kitim pulso fratre Hespero in Italiā regnavit.

xij. vero anno Mācalei apud Ianigenas Kiti relicto in Celtiberos rege filio Sycoro. Eiusdē Mancalei t̄pibus apud Tuyscones regnat Hercules Alemannus apud Celtas Lygdus: a quo prouincia & hoies cognomenta sumperūt.

Sycor.

BEROSI

Kytim ob mentis excellentiā Ianigene sua lingua vocatē
runt Italū Athalaa: hic filiā suam Electrā Ianigenarū princi
pi Cāboblasconi dedit cōiugem: qui p nuptijs colonias mi
lit transalpes Italię pximas: & Rhomā filiā suā. Italus primo
sub reginā Aboriginibus sacrat: filium quoq; suum Morge
tem Italos Kytim creauit Coritum.

Morges.

DE STERO. XV. ASSYRIORVM REGE.

Sterus.

Eupelos]

Alba rex

Cambo]

blasco

Sicanus.

Vintusdecimus Assyrijs impat Sterus annis. xx. vir
q de cuius gestis & prudentia omne vulgus psonat. Hu
ius tpius Morges filius Itali creatit Coritū suū cos
gnatū Cāboblasconē. & paulopost idē Coritus manetitus.
Apud Celtiberos regnat Sicanus filius Sicori post obitū
Steri sub Mamelō.

DE MAMELO REGE ASS. XVI.

Mame]

Rhomas]

nessos.

Sicanus.

Beligius:

Iasius

Cecrops]

Atheniē,

sis prim?

Ianigena

f Extusdecimus rex Mamelus Babilonijs impat an
nis. xxx. Anno. viij. Romanēssos filius Rhomę sit
primus subregulus montanorū Aboriginū: & Sicanus reg
nat apud Celtiberos.
Apd Celtas Beligius: a quo illi Beligici appellant regnat
& apud Ianigenas tandē a patre Iasius Creatus est Coritus.
Iasius creatus est Coritus: & anno sequente simul ceperūt
Cecrops] duo reges: videlicet & primus rex Atheniensiu Cecrops Pri
Atheniē, scis: & Iasius Ianigena apud Celtas.
Io Iasij nuptijs affuit Io. Aegyptia. Sol enim feminarum
rex Iasius vno plus Dodone centenario vixit: & vniuersum ferme orbē
Ianigena iustrauit post viri interitum.

DE SPARETO. XVII. REGE. ASS.

Sparetus

terremo]

tus.

d Eciustusseptimus rex Babiloniorū fuit Sparetus: &
regnauit annis. xl. Sub eo ceperūt miranda in orbe:
Nam terremotus Babilonios terruit. Athenienses regnū ex
orli sunt anno quarto eius. Et eodē anno Iasius Ianigena im
perauit Italicis: & Sicelens aliquanto post Celtiberis.
Sub Spareti imperio finierūt Aegyptij reges magni. Orbis

Acenchres: Acoris: & coepit Cenchres: qui cū Hebreis de
 magica pugnavit: & ab eis submersus fuit. Anno quoq; huius Diluvii
 ius. xxxi iij. & xxxv. in Tassalia diluviū fuit: non solum ex in Tessa
 hymhribus: sed q; obturatis mōtib; casu flumina planicie lia,
 impleverū: & subsequito terrēmōtū aptis ostijs montium Terra
 aquę in alteos regresse: & in alia corū parte post terrēmōtū motus.
 sequutū est incendiū: sub quodā illorū rege Phetonte: et no Incendiū
 ster rex Phentes et Syros subegit. Antea vero anno. xx. hu
 ius imperij ab Italia lo. in Aegyptum regredif. Et lis prima
 intestina orif: pro regno inter Dardanū & Iasiū. Aborige
 nes sequebant ptes Dardani: Ianigene vero & Sicali cum
 Siceleo partes Iasij.

DE ASCATADE. XVIII. REGE ASSYR.

Ecimus octavus rex p̄fuit Babilonijs. Ascata des an Ascata
 nis. xli. qui funditus oēm Siriā ditionis suę foecit: cu des.
 ius anno. xij. vitis inuenta apud grecos narra:
 Sub eodē anno Dardanus Iasiū dolo peremit: & fugiens Corybās
 in Samotraciā dicit ibi latuit. Iasio Corybātus filius successit. Corybās
 Ascata dis āno. viij. Cancri victus Hebreorū magica pe tus.
 rijt in mari: cui apud Aegyptios successit Acherres: Apud
Dotem non vxor marito: sed vxori maritus offert: intersūt parentes & p̄p̄inquit: ac munera pbant. M̄mera non ad delicias muliebres quesita: nec qbus noua nupta comatur: sed bo

nes & frenatū equū: equū & scutū tū framea gladioq;. In
 hæc munera vxor accipit: atq; inuicem ip̄a armorū aliqd vis
 ro offert: hoc maximū vinculū: hic archana sacra: hos cōtuga
 les deos arbitrant: ne se mulier extra virtutū cogitationes: ex
 tra bellorū casus putet. Ip̄is incipientibus matrimoniū auspi
 cijs admonet: venire se laborū periculorūq; sociam: idem in
 pace: idem in pl̄io passuram auferāq;: hoc iūctū bonnes: hoc
 paratus equus: hoc data arma renūciāt: sic viuendū: sic pari
 endū Accipe se que liberis inuiolata ac digna reddāt: q̄ nus
 rus accipiant: rursus que ad nepotes deferant. Ergo septa pu
 dicitia agunt: nullis spectaculorū illecebris: nullis cōiuiorū
 irritationibus corrupte.

Litterarū secreta viri pariter ac femine ignorant.

Paucissima in tam numerosa gente adulteria: quorū pe
 na p̄sens & maritis p̄missa. Accisis crinibus nudatā corā pro
 pinquis expellit domo maritus: ac per oēm vicū verbere agit
 publicatē eū pudicitie nulla venia. nō forma. non etate. non
 opibus maritū inuenerit. Nemo eū illic vicia ridet: nec corrū
 pere & corrumpi seculū vocat. Melius q̄dem adhuc ee citita
 tes in quibus tm̄ virgines nubūt: & eam spe votoq; vxoris se
 mel transigit: sic vnum accipiunt maritū: quō vnū corpus:
 vnamq; vitā: ne vlla cogitatio ultra: ne longior cupiditas: ne
 tanq; maritū: sed tanq; matrimoniū ament.

Numerū liberorū finire: aut quenq; ex agnatis necare fla
 gitū habet: plusq; ibi boni mores valēt: q̄ alibi bone leges
 In omni domo nudi ac sordidi in hos artus. in hec corpora
 que miramur excrescant. Sua quenq; mater veribus alit: nec
 ancillis ac nutricibus delegant. Dominū ac seruū nullis edu
 cationis delitijs dinoscas. Inter eadem pecora: in eadem huz
 mo degūt: donec etas sepep̄ ingenuos virtus agnoscat. Sera iu
 trenū venus: eoq; in exhausta pubertas: nec virgines festinant
 eadem iuuenta similis p̄ceritas: pares valideq; miscēt: ac ro
 bora parentū liberi referunt.

Sororū filijs idem apud auunculū. qui ad patrem honorū
 idem sanctiorē artiorēq; hunc nexum sanguinis arbitrant̄.
 & in accipiendis obsequijs magis exigūt: tanq; et animū fir-
 mitus: & domū latius teneant. heredesq; rāmen successoresq;
 sui cuiq; liberi & nullū testamentū. Si liberi nō sunt. proxi-
 mus gradus in possessione fratres patru; auunculi q̄to plus
 propinquerū: tanto maior affiniū numerus. gratior senectus
 nec vlla orbitatis p̄cia.

Suscipere tam inimicitias: seti patris p̄pinq; q; amicitias
 necesse est. nec implacabiles durant. luit em̄ etiam homicidiū
 certo am̄entorū ac pecorū numero: recipiteq; satisfactionē vni-
 uersa domus vtiliter in publicū: quia piculo flores sunt inimi-
 citi iuxta libertatem.

Conuictibus & hospicijs nō alia gens effusius indulget:
 quēcunq; mortaliū arcere tecto nephas: habet pro fortuna
 q̄sq; apparatis epulis excipit. Cum defecere: qui mō hospes
 fuerat: mōstrator hospicij & comes: proximā domū non in-
 vitati adēunt: nec interest pari humanitate accipiunt̄: notum
 ignotūq; quantū ad ius hospitis nemo discernit. Abeanti si
 quid p̄poscerit cōcedere moris. Et p̄scendi inuicē eadē faci-
 litas gaudet muneribus. Sed nec data imputant: nec acceptis
 obligant̄.

Victus inter hospites comis: statim e fomno quē plerūq;
 iadiēs extrahūt leuant̄. Sepius calida. vt apud quos plurimū
 hyems occupat. lautī cibū capiunt. Separate singulis sedes &
 sua cuiq; mēsa. Tum ad negotia nec minis saepe ad cōuicia
 p̄cedunt armati. Diem noctemq; cōtintare potando nulli
 probiū. Crebre vt inter vinolentos rixe raro cōuicijs. saptus-
 q; & vulneribus transiguntur.

Sed & de recōciliandis inuicem inimicitijs. & iungendis
 affinitatibus. & adsciscēdis principibus: de pace deniq; ac bel-
 lo plerūq; in cōuicijs consultant: tanq; nullo magis tempore

aut ad simplices cogitationes pateat animus; aut ad magnas
incalcescat.

Genus non astuta nec callida, aperit ad hec secreta pectoris
licentia ioci. Ergo detecta & nuda oī n. mens postera die re-
tractat. & salua vtriusq; temporis ratio est. Deliberant dum sin-
gere nesciunt. Constituūt dum errare non possunt.

□ Potui humor ex hordeo aut frumento in quandā simili-
tudinē vini corruptus. Proximi ripæ & vinū mercant. Cibi
simplices, agrestia pōma, recens fera, aut lac concretū, sine ap-
paratu, sine blandimentis expellūt famem, aduersus sitim nō
eadam tempantia. si indulseris ebrietati suggerēdo quantū
concupiscit; haud minus facile vicijs q̄ armis vincēt.

Genus spectaculorū vnū atq; in oīni cetū idem. Nudi iu-
venes quibus id ludicrū est. inter gladios se atq; infestas fra-
meas saltū iaciunt. Exercitatio artem parauit; ars decorē; nō
in questū tamen aut mercedem. q̄uis audacis lasciuie præci-
tū est voluptas spectantium.

Aleam qd̄ mirare sobrii inter seria exercent. tanta lucran-
di perendiue temeritate, vt cum oīnia defecerūt; extremo ac
nouissimo iactu de libertate, ac de corpe contendant. Victus
voluntariā seruitutem adit. q̄uis iuuenior q̄uis robustior; al-
ligari se ac venire patit; ea est in re prava puicatia. ipi fidē vo-
cant. Seruos cōditionis huius per cōmercia tradūt, vt se q̄q;
pudore victorie exoluant. Cæteris seruis nō in nostrū morē
descriptis per familiā ministerijs vtuntur. suam quisq; sedem
suos penatis regit. Frumētī modū dominus, aut pecoris aut
vestis, aut colono inūgit; & seruus hæcenus paret. cætera do-
mus officia vxor ac liberi exequantur. Verberare seruum, ac
vinculis & opere coercere rarum. Occidere solent non disci-
plina & seueritate; sed impetu & ira, vt inimicū; nisi q̄ impu-
ne est.

Liberti non multū supra seruos sunt: raro aliqđ momen-
tum in domo: nunq̄ in ciuitate: exceptis dūtaxat his gentibꝫ
quę regnant: ibi em̄ & sup̄ ingenuos & sup̄ nobiles ascendūt
Apud ceteros impares: libertini libertatis augmentū sunt

Fenus agitare & in vsuras extendere ignotū. Ideoq; ma-
gis seruat. q̄ si vetitū esset. Agri pro numero cultorū ab vni-
uersis in vices occupant: quos mox inter se secundū dignatio-
nem partiunt: facilitatē pariendi camporū spacia p̄stant. Arua p̄
annos mutāt: & sup̄est ager: necem cū vbertate & amplitudi-
ne soli labore cōtendunt. vt pomaria conserāt. & prata sepa-
rent. vt hortos rigent. sola terrę leges imperāt. Vnde annū
quoq; p̄m non in totidem digerūt species. hyems. & ver. &
estas intellectum ac vocabula habent. Autumni perinde no-
men ac bona ignorantur.

Funerū nulla ambitio: id solū obseruat. vt corpora clarorū
virorū certis lignis cremen̄t. Stuem rogi. nec vestibus:
nec odoribꝫ cumulāt: sua cuiq; arma quorundū igni et equo
adicit. Sepulchrū cespes erigit. Momentorū arduū & ope-
rosū honorē vt grauem defunctis aspernant: lamenta ac la-
chrymas cito dolore & tristitiā tarde ponūt: feminis lugere
honestū est: viris meminisse. Haftenus de Germania in ge-
nere: Nunc ad singulares populos descendit.

Ec in cōmuni de oīm Germanorū origine ac mori-
bus accepimus. Nunc singulariū gentium instituta ri-
tūsq; quatenus differant quę nationes e Germania
in Gallias cōmigrauerint expediam.

Validiores olim Gallorū res fuisse: summū autorū diu-
Iulius tradit. ecq; credibile est. etiam Gallos in Germaniam
transgressos. q̄tulum em̄ amnis obstabat: quominus vt q̄q;
gens eualterat occuparet permittaretq; sedes: promiscuas ad-
huc: & nulla regnorū potentia diuisas.

Igitur inter Herciniā sylvam: Rhenūq; & Menū: amnes
Heluerij: vltiora Boij: gallica vtraq; gens tenere. Manet:

adhuc Bohemi nomen: signatq; loci veterē memoriā: q̄uis mutatis cultoribus. Sed vtrū Arauisci in Pannonia ab Osi Germanorū natione: an osi ab Arauiscis in germaniā cōmis grauerint: cū eodem adhuc sermone institutis moribus vtantur incertū est: quia pari olim inopia ac libertate: eadem vtris usq; ripae bona malaq; erant.

Treueri & Nerali circa affectationē Germanice originis vltro ambitiosi sunt. Tanq; per hanc gloriam sanguinis a similitudine & inertia Gallorū separent.

Ipam Rheni ripam haud dubie Germanorū populi colunt Vangiones: Triboci: Nemetes. Vbi qdem quanq; Rhomana colonia esse meruerint: ac libētius Agrippinenses cōditoris sui nomine vocent: origine erubescunt. Transgressi olim & exp̄imento fidei sup̄ ipam Rheni ripam collocati: vt arcerent: non vt custodirent.

Omnium harū gentiū virtute precip̄ti Batavi: non multū ex ripa: sed insula Rheni amnis colunt. Cattorū quondā populus & seditione domestica in eas sedes transgressus: in quibus pars Rhomani imperij fierent: manet honos: & antiquae societatis insigne. Nam nec tributis cōtemnant. nec publicanus atterit. exempti oneribus & collationibus: & tm̄ in vltū preliorū sepositi: velut tela atq; arma bellis referant.

Est eodē in obsequio & Matticorū gens: protulit em̄ magnitudo po. ro. vltra Rhenū vltraq; veteres terminos imperij reuerentiā: ita sede sinibusq; in sua ip̄a mente animoq; nobis scam agunt. Cetera filens Batavus: nisi q; ip̄o adhuc terra & solo suo: caelo acrius animantur.

Non numerauerim inter germaniae populos quanq; trās Rhenum Danubiumq; confederint: eos qui Decumathes agros exercent: leuissimus quisq; Gallorū: & inopia audax: dubie possessionis solū occupauerat: mox limite acto promotisq; presidij simul imperij & pars p̄tuncie habent.

Vltra hos Catti inicitū sedis ab Hercinio saltu inchoant:

CORNE. TACITVS

nō ita effulis ac palustribus locis, vt cætere ciuitates, in quas Germania patescit durant. Sigdem colles rarefcūt: & chattos suos saltus Hercinius prosequit simul atq; deponit. Duriora genti corpora: stricti artus minax vultus & maior animi vigor. Multū inter Germanos rōnis ac solertię pponere electos: audire ppositos: nosse ordines: intelligere occasiōes: differre impetus: disponere diem: vallare noctem. Fortunā inter dubia, virtutē inter cætera numerare. Quodq; ratissimū, nec nisi Romę disciplinæ cōcessum: plus reponere in duce q̄ in exercitu. Omne robur impedire: quē sup arma: ferramētis quoq; & copijs onerant. Alios ad preliū ire videas: Chattos ad bellū: rari excursus: & fortuita pugna. Equestriū sane viriū id proprium. Cito parare victoriā: cito cedere. Velocitas iuxta foramidinē: contatio ppior cōstantię: est & alijs Germanorū populis vsurpatū: rara & priuata cuiusq; audentia. Apud Chattos in consensum vertit: vt primū adoleuerint: crinē barbāq; summittere, nec nisi hoste cefo: extere votiū obligatūq; virtuti oris habitū. Super sanguinē & spolia reuelant frontem: seq; tum demū: precia noscendi retulisse: dignosq; patriā ac parentibus ferunt. Ignauis & imbellib; manet squalor. Fortissimus quisq; ferreū insup annulū. Ignominiosam id genti velut vinculū gestat: donec se cede hostis absoluat.

Plurimis Chattorū hic placet habitus. Iamq; cauent insignes & hostibus simul: suisq; mōstrati. Omnium penes hos initia pugnarū: hec prima semp acies visu noua. Nam ne in pace q̄ cultu mitiore māsuēcant. Nulli domus aut ager: aut aliqua cura put ad quēq; venere alunt: pdigi, alieni, cōtemptores sui: donec exanguis senectus, tam dure virtuti impares faciat.

Proximi Chattis: certam iam algeo Rhenū equiq; terminus esse sufficiat. Vlsipi ac Tencteri colunt. Tencteri super solitum bellorum decus: equestris discipline arte precellunt. Nec maior apud Chattos peditū; laus: q̄ Tencteris equitū;

Sic instituire maiores posteri imitant. Hi lusus infantium hic iuuenum emulatio perseverant senes inter familiam: & penates & iura successionum equi tradunt. Excipit filius, non ut caetera maximus natus; sed prout ferox bello & melior.

Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant; nunc Chamanos & Angrivarios immigrasse narratur pulsis Bructeris ac penitus excisis. vicinarum consensu nationum, seu superbie odio; seu prope de dulcedine; seu favore quodam erga nos deorum. Nam ne spectaculo quidem prelium invidere: super sexaginta milia, non armis telisque Rhomanis, sed quod magnificentius est oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat quaeſo daretque gentibus: si non amor nostris; at certe odium fuit: quando urgentibus iam imperii satis nihil iam prestare fortuna magis potest; quam hostium discordiam.

Angrivarios & Chamanos a tergo Dulgibini & Thasurarii cludunt; aliaeque gentes haud perinde memoratae. A fronte Frisii excipiunt Maioribus minoribusque Frisii vocabulum est ex modo virium. Vtrique nationes usque ad oceanum Rheno preterunt, ambiuntque immensos insuper lacus, & Rhomanis classibus navigatos. Ipse quinetiam oceanum illac tentavimus, & superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit siue adijt Hercules, seu quicquid ubique magnus est: in claritate eius referre consensimus; nec defuit audentia. Druso Germanico: sed obstitit oceanus in se, simul atque in Hercule inquiri. Mox nemo tentavit. Sanctiusque ac reuerentius visum de actis deorum credere quam scire.

Hactenus in occidentem Germaniam notimus. In septentrionem ingenti flexu redit. Ac primo statim Chaucorum gens quam incipiat a Frisii ac partem littoris occupet: omnium quas exposui gentium lateribus obtendit; donec in Chattos usque perveniat.

CORNE. TACITVS

Tam immensam terrarū spaciū nō tenēt tm̄ Chatti: sed & implēt. Populus inter Germanos nobilissimus: quiq; magnitudinē suam malit iusticia tueri. sine cupiditate. sine impotentia quieti secretiq; nulla puocēt bella: nullis raptibus aut latrocinijs populant: Id præceptū virtutis ac viriū argumentum est: q; vt superiores agant: nō per iniurias assequunt: p̄m̄ta tm̄ oibus arma. Ac si res poscat exercitus plurimū virorū: equorumq; & quiescentibus eadem fama.

In latere Chatorū Cattorūq; Cheruscī nimīa ac marcentem diu pacem inaccessiti nutrierūt. Idq; incandias q̄ tutius fuit: quia inter impotentes & validos falso quiescas: vbi manū agitur: modestia ac probitas nomine superioris sunt. Ita qui olim boni equiq; Cheruscī: nūc inertes ac stulti vocant: Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit.

Tacti ruina Cheruscorū & Fosi: contermina gens aduex factū rerū ex equo focij sunt: cum in secūdis minores fuissent.

Eundē Germaniē sitū p̄ximioceano Cimbri tenent: p̄uante nunc ciuitas: sed gloria ingēs: veterisq; fame lata vestigia manent: vtraq; ripa castra ac spacia: quorū ambitū nunc quoq; metiaris: molem mansq; gentis: & tam magni exitus fidem

Seccentesimū & quadragessimū annū vrbs nostra agebat: cum primū audita sunt Cimbrorū arma: Cecilio Metello: & Papirio Carbone cōsulibus: ex quo si ad alterum impatoris Traiani consulatū cōputemus: ducenti ferme & decem āni colligunt: tam diu Germania vincitur.

Medio tam longi eti spacio: multa inuicem damna non Samnis. nō Poeni. nō Hispaniē. Gallique. ne Parthi q̄dem sapius admonuere. Quippe regno Arsacis acrior est Germanorū libertas: q̄d em̄ aliud nobis: q̄ cedem crassi: amissio & ip̄o: & ip̄e Pacoro infra ventidiū deiectus oriens obiecerit: At Germani Carbone & Cassio: & Statro: Aurelio & Seruilio Cepione: Marco quoq; Manlio fufis vel captis quinq; simul consularis exercitus po. Rho. Varum trisq; cum eo les

giones & Cæsari abstulerunt Nec impune, C. Marius in Italia; Diuus Iulius in Gallia; Drusus ac Nero & Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes, C. Cæsaris mine in ludibriū verse. Inde occiū donec occasione discordie nostre & ciuiliū amorū: expugnatis legionū hybernis: & Gallia s affectare: ac rursus pulsi inde proximis temporibus triūphati magis q̄ victi sunt.

Nunc de Suetis dicendū est: quorū non vna vt Chathorū Teneterorūne gens: maiorem em̄ Germaniē partem obtinent proprijs adhuc nationibus nominibusq̄ discreti: quāq̄ in cōmuni Sæui vocentur.

Insigne gentis obliquare crinem nodoq̄ substringere: sic Suenia cæteris Germanis: sic Sueuorū ingenui a seruis separantur. In alijs gentibus: seu cognatione aliqua Sueuorū: seu quod sæpe accidit imitatione raturū & intra iuente spaciū: Apud Suetos vsq̄ ad caniciem horrentem capillam retro se quunt: ac sæpe solo in vertice religant. Principes & ornatorem habent: ea cura formę: sed innoxie. Neq̄ em̄ vt ament amentur. In altitudinem quandā & terrorem adituri bella compti: vt hostium oculi armantur.

Vetustissimos se nobilissimosq̄ Sueorū Semones memorant. Fides antiquitatis religione firmatur. Stato tempore in syluam augurijs patriū & prisca formidine sacrū: om̄s eiusdemq̄ sanguinis populi legationibus coeunt. Cesosq̄ publice homine celebrant Barbari ritus horrenda primordia. Est & alia ludo reuerentia nemo nisi vinculo ligatus ingredit: vt minor & potestatem nūminis pre se ferens. Si forte plapsus est adoli & insurgere, hatd licitū per humū euoluont: ecq̄ oīs supstitutio respicit: tanq̄ inde inītia gentis ibi regnator omniū deus cætera subiecta atq̄ parentia. Adijcit auctoritatem fortuna Semonū centum pagis habitant: magnoq̄ corpore efficitur. vt se Sueuorū caput credant.

CORNE, TACITVS

Contra longobardis paucitas: nobilitas plurimis ac valentissimis nationibus cincti: nō per obsequiū: sed prelijs ac periclitando tuti sunt.

Reudigni dein de et Auiones: & Anglij: et Varini: & Eudoses: & Suarines: & Naithomes fluminibus aut syluis muniti: nec quicquid notabile in singulis: nisi quod in cōmune Nerthum: id est terrā matrē colunt: eamque interuenire rebus hominum inuehi populis arbitrantur.

Est in insula oceani castū nenus: dicatūque in ea vehiculū veste contactum: attingere vni sacerdotū cōcessum. Is adesse penetrali deam itelligit: vectaque bubus feminis multa cū veneratione prosequit leti tunc dies, festa, lo ca quecūque aduentu hospitioque dignat. Nō bella inueniunt: nō arma sumunt clausum omne ferrum, pax & quies, tunc tantū nota, tunc tantū amata, donec idem sacerdos satiatā cōuersatione mortaliū deam templo reddat. Mox vehiculū & vestes: & si credere velis numen ipsū secreto lacu abluitur serui ministrat: quos statim lacus idem haurit. Arcanus hinc terror sanctaque ignorantia: quid sit illud quod tantū perituri vident.

Et hæc quidem pars Sueuorū in secretiora Germaniæ porrigitur ppior: vt quoquo modo paulo ante Rhenū sic nunc Danubium sequar.

Hermūdurosque ciuitas fida Romanis: eoque soli Germanorum: nō in ripa cōmeritiū: sed penitus atque in splendidissima Retie prouintie colonia passim sine custode transeunt: & tunc cæteris gentibus aima mō: castraque nostra ostendamus: hijs domos villasque patefacimus: nō concupiscentibus.

In Hermunduris Albis orit flumen indyū & notū olim nunc tantum audiri. Iuxta Hermūduros Narisci: ac deinde Marcomani & Quadi agunt. Precipua Marcomanorū gloria viretque: Atque ipsa etiam sedes: pullis olim Bois virtute parta. Nec Naristi: Quadiue degenerant: Eaque Germaniæ valut fons est: quatenus Danubio porrigitur.

Mercomanis Quadisq; vsq; ad nostram memoriã reges mansere ex gente iporum nobile Marobodui & Tadrigenus. Iam & externos patiant. Sed vis & potẽtia Regibus ex auctoritate Rhomana raro armis nostris sæpius pecunia iuantur; nec minus valent.

Retro Marsigni, Gothini, Osi, Buri, terga Marcomanor; Quadorũq; claudunt: equibus Marsigni & Buri sermone cultq; Suetos referũt Votinos; Gallica Olos Pãnonia lingua coarguit non esse germanos; & q; tributa patiunt. Partem tributorũ Sarmate; partem Quadi vt alienigenis imponunt. Gothini quo magis pudeat; & ferrũ effodiunt; omnesq; hĩj populi patica campestriũ ceterũ saltus & vertices montiũ iugumq; infederunt. Dirimit em̃ scinditq; Suetiã continuũ montiũ iugum; vltra q; plurime gentes agunt. Ex quibus latissime patet legiorũ nomẽ in plures ciuitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet Harios; Heluetionas; Manimos; Helysios; Nahanualos. Apud Nahanualos antique regionis lucus ostenditur; presidet sacerdos muliebris ornatu; sed deos interpretatione Rhomana Castorem Pollucẽq; memorent; ei numini nomẽ alcis nulla simulacra; nullũ pegrine supstitutionis vestigiũ. vt fratres in vt iuuenes venerant.

Ceterũ alij super vires; qbus enumeratis paulo ante pos pulos antecedunt; trucidis insite feritati arte ac tempore lenocinant nigra scuta; tincta corpora; atras ad prelia noctes legunt. Ipac; formidine atq; vmbra feralis exercitus terrorem inferũt nullo hostium sustinente notrum ac velut infernũ aspectum. Nam primi in om̃ibus prelijs oculi vincunt.

Trans ligios Gothones regnant paulo iam adductius q; ceterẽ Germanorũ gentes nondũ in supra libertatem.

Protinus dein ab oceano Rugij & Lemonij om̃esq; harũ gẽtiũ iligne; rotũda scuta; breues gladij et erga reges obseqũt.

Suionũ hinc citates ipe in oceanũ pter viros armac; clasibus valent; Forma nauũ eo differt; q; vtriq; prora patã sp

COR. TACITVS

appulsi frontem agit, nec velis ministrant, nec remos in ordinem lateribus adinquant. Solutū vt in quibusdā fluminum: & mutabile vt res poscit: hinc vel illinc remigiū.

Est apud illos & opibus honōs: teo vnus imperitat, nullis iam exceptionibus: non precario iure pareadi. Nec arma, vt apud ceteros germanos in p̄miscuo: sed clausa sub casto de: & quod feruo: quia subitos hostiū in arsus phibet oceanus ociosa porro armatorū manus facile lasciuunt. Em̄vero neq; nobilem: neq; ingentū: ne libertinū quidem armis prepone re regia vtilitas est.

Trans Suionas aliūd mare pigrum: ac prope immotū, quo cingit: cludiq; terrarū orbē: hinc fides: q; extremus cadēs tis iam solis fulgor: in ortus edurat: adeo clarus vt sydera habet: Sonum insuper emergentis audiri: formascq; deorū & radios capitis aspicī persuasio adijcit illic vsq;: & a fama vera tantam natura.

Ergo iam dextro Sūici maris littore Aestiorū gentes adiuunt quibus ritus habituscq; Suetorū: lingua Britānice pro prior Martem deam venerant. Insigne superstitionis formas aprorū gestant: id pro armis omniūq; tutela: securū deo culto rem etiam inter hostis prestat. Rarus ferri frequēs fustiū vsus frumēta ceterosq; fructus: patientius q; p̄ solita Germanorū inertia laborant: sed & mare scrutant. Ac soli oīm Succinū quod ip̄e Glesum vocant: inter vada atq; ip̄o littore legunt. Nec que natura quee ratio gignat vt quelitū compertūe: diu quinetiā inter cetera eiectamenta maris iacebat: donec luxuria nostra dabat nomen. Ipsis in nullo vsu. Rude legi: in forme porfert: preciumq; mirantes accipiūt. Succū tamen arborum esse intelligas: quia terrena quedam atq; etiam volucra anialia plerumq; interlucēt, que implicata humore mox durefcente materia clauduntur. Fecundiora igitur nemora: lacosq; sicut orientis secretis, vbi thura balsamacq; sudantur, Ita occidentis insulis: terriscq; inesse crediderim: quæ vicini

solis radius exp̄ssa atq; liquentia in pximū mare labunt̄. Ac vi tempestatū in aduersa littora exundant. Si naturā Succini admoto igni tentes in modum tedę accendit̄: alitq; flāmam piāguem & olentem. Mox vt in picem resinā ve lentescit.

Suionibus Sitonū gens continuat̄. cætera similes vno dif ferunt: q; femina dominat̄. In tantū nō modo a libertate sed & a seruitute degenerat̄. Hic Sueuiæ fines.

Peuccinorū Venetorūq; & Fennorū nationes germanis an Sarmatis adscribā dubito: quanq; Peuccini quos qdam Bastarnas vocant. sermone. cultu. sede. ac domicilijs. vt Ger mani agunt. sordes oīm ac torpor procerū cōnubijs mixtos; nō nihil in Sarmatarū habitu fedant̄. Veneti multū ex mori bus itaxerūt: nam quicq; inter Peucinos Fennosq; sylvarum ac montiū erigit̄: latrocinijs pererrant: hij tñ inter germanos potius referant̄: quia & domos fingunt. & scota gestant. & peccidū vsu ac pernicitate gaudent. Que omnia diuersa Sarmatis sunt in plaustro equoq; iuuentibus.

Fennis mira feritas. scæda paupertas. nō arma. nō equi. nō penates. victui herba. vestitui pelles. cubile humus. Sole in sagittis. spes quas inopia ferri. ossibus asperant. Idemq; venat̄ viros pariter ac feminas alit. Passim em̄ comitant̄: partemq; præde petunt. Nec aliud infantibus ferarū hymbriūq; suffragium. q; vt in aliquo ramorū nexu cōtegan̄. huc redeunt iu uenes. hoc senū receptaculū. Sed beatius arbitrant̄ q; in gemere agris. in laborare domibus. suas alienasq; fortunas spe metuq; versare. Securi aduersus hoīes. securi aduersus deos. Rem difficilem affecti sunt. vt illis ne voto quidē opus esset.

Cætera iam fabulosa Hellusios & Oxionas ora hominū voltusq; corpora atq; artus ferarū gerere. quod ego vt in com pertum in mediū relinquam.

FINIS.

C.C. DE SITVET MORIBVS GERMA
NIAE ADDITIONES: FABV,
LADEMOGORGONIS
DE CREATIO,
NE MVN,
DI PRAEFATIO.

Et Demogorgoneū memorant cuncta tumultū
p Ex veteri prodisse chaos dum ventre tumeret
Forte senex totumq; ferens in corpore mundum
Distendit gravidam maturi ponderis alvum
Quod fuit eterni conceptū ab origine mundi
Impatensq; oneris cupidusq; reponere tandem
Pondus iners molemq; rudem se ventre pmentem
Indignatus ait: vacuas te profer in auras
O mundi deforme chaos superisq; pudendum
Et vos cunctarum discordia semina rerum
Ignavia in nostris quæ tanto tempore membris
Delituitis acres facientia sæpe dolores
Visceribus tumultata meis dum bella mouetis
Ite ite actutum iubeo pulchroq; decore
Condite luciflui nutilantia sydera coeli
Et me iam vestro vacuum prestare tumultū
Dum mundi fabricetis opus: quod pace perenni
Alliget eternus concordia federe mundus
Dixit. & exortiens vterum: mox terra polusq;
Et mare fluctuomū liquidusq; & turbidus aë
Qui: p̄s̄subest gelidæ lanæ nunc proximus ignis
Exierant: proprijs spacio & disuncta figuris
Atq; lacunosas ventris liquere cavernas
Moxq; per octauā simulacra micantia spheram

Ignifluis radiata comis per quinque patentes
 Zonas se totum subito explicuere per orbem
 Hinc veruex & libra pares facientia noctes
 E caper & cancer quæ maxima tempora luci
 Et tenebris referunt & quæ prolata sub axes
 Signa micant cursum peragunt mox fixa diurnam
 Bilque duodenas redeunt reuoluta per horas
 Donaque per teneras ceperunt fundereterras
 Et varijs radijs lacere per aera deorsum
 Infusa virtute noua quæ semina rerum
 In terre tumultuata sinu ceccque in aceruo
 Digessit: iussitque suis distare figuris
 Hinc tellus varijs florum redimita coronis
 Arboribusque suis fructus frugesque creatit
 Atque homines pecudesque simul prodexit in artus
 Hinc volucres aer piscesque receperat equos
 Per mare squamigeris ducentes corpora pinnis
 Hinc etiam octauo quæ sunt contraria mundo
 Astra suis varijs coeperunt currere cyclis
 Saturnus totumque regens qui Iupiter orbem
 Et Mars qui miseris immittit sydere clades
 Et Phoebus Veneri socius cithareque repertor
 Mercurius: gelide lunæque nouissimus orbis
 Quæ nunc retro grado properantia tempora motu
 Impediunt tardant quæ vagas pcedere causas
 Et rursus statione sua fluitura morantur
 Ut stabili fixoque meent sua fata tenore
 Dum miscent restuo volitantia semina motu
 Per varias reditura vices ut longa per eum
 Compleat eterno mundus sua secula cursu
 Illa iubente deo rapidis qui p̄sudet astris

DE SITV GERMANIÆ
 ET MORIBVS.

Ens intricata manet toto notissima mundo

g Terra ubi se demissa globo demittit in arcton
Solis & alboris patiens duricq; laboris

Ingrata ignavam vitæ tolerare quietem

Indigena: haud alia dicens primordia gente

Sed coelo producta suo demogorgonis alutis

Protulerat patulas ubi cuncta creata sub auras

Germanos vocitant Itali. graij sed adelphos

Quod fratrum soleant inter se vitare more

Nomen nobilibus quod adhuc vnerabile nostris

Pectoribus: similes ingentes corporis artus

Prodiga cui natura dedit per lactea colla

Candida proceris tollentes corpora membris

Flava coma est flauentq; oculi flauoq; colore

Temperie iustam retinent supra membra stataram

Vox habitum mentis cum gestu & pectora prodit

Vox quæ nil muliebri sonat sed tota virilis

Martia crassiloquo testatur corda palato

Cōmune his studium venari equitare vagari

Atq; suam varias vitam quæsisse per artes

Vel bachum viduis crescentem iungere palis

Artaq; quadrango proscindere pingua aratro

Nec patrio tepuisse solo iuuenilibus annis

Sed mox doctiloque præcepta adijisse minere

Vel vaga veliferas duxisse per equora naues

Atq; suis terris varias adducere merces

Nec censere nephas animū intendisse rapinis

Dum fera belligeri meditantor prælia martis

Atq; illum regum cellas quæsisse per aulas

Quatuor ad fines quas teutonici ora coercent

Sive per Herciniæ nemorosa cacumina sylue

Dentatos prosternere apros syluisq; vagantes

Acripedes certos vrsosq; agitare fero ces

Vnguibus accipitres trācibusq; iabere rapiñas
 Tollere & euulſas diſpergere in æthera plumas
 Hinc animus dubijs aut ſens ſe credere rebus
 Nec ſegnīs timidus que mori roſeumq; cruorem
 Pro patria & charis certans effundere amicis
 Atq; anidus cedis ſi qua vlla iniuria leſit
 Quicq; fidem ſancto & conſtanti pectora ſeruat
 Religionis amans ſuperumq; & cultor honeſti
 Et veri iuſtiq; tenax mens conſona labris
 Ficta colorate fugiens mendacia lingue

DE SIDERIBVS VERTICABILIBVS
 GERMANIAE.

Quālia ab Hereulis memorant pectora ſtellis
 Perſeo Andromedeq; vago descendere Olympo
 Fortia robuſtis animare & corpora neruis
 Quicq; ſub extremo monſtratur cardine Cepheus
 Vltimis algenti quem torquet circulus orba
 Nocte carens calidi dum ſol ſtat ſydere Canci
 Et Bacchi Phœbique decus rigiduſq; Bootes
 Eniochuſq; ſuo volitans per ſydere carru
 Verſa minor maiorq; trācem complexā draconem
 Nunq; ceruleas ſubeunt que thetyos vndas
 Sydera germanas radios iaculāt in oras

DE QVATVOR LATERIBVS
 GERMANIAE.

Pulcer ab occidūo q̄ras claudit limite Rhenū
 Qui pulchras rapidus alueo preterit vrbes
 Et tandem externum triplici cadit ore ſub equor
 Noſq; a Sequanicis diſtingit flumine Gallis
 Viſtula purpureo ſed terminus extat ab ortu
 Viſtula Sarmaticis qui famoſiſſimus oris
 In codanum trifidis effundens faucibus ora

Hic ubi Bruteno clara est germania portus
Et capit innumeras Codonea per equora naues;
Que glesum eijciunt quod succinus ore latino
Dicitur & nostris tantum reperitur in oris
Danubiusque rapax & amictu nubibus alpes
Austrinos faciunt fines metamque resignant
Italice Illirice Scythice & contermina genti
Solutus germanas Ister sed deserit oras
Lata peregrinis inducens flumina terris
Germano concepta solo queque Vngarus acri
Barbarus ore bibit Metanastaceque Teutonius haurit
Hic ubi nunc pulchro stat transilvania tractu
Septenis tandem qua faucibus exit in equor.
Non Nilo nec Gange minor qui maxima toto
Orbibus ex alijs memorantur flumina mundo
Sed mare Codonetum germano & nomine dictus
Oceanus fines posuit natura sub arcton
Quos ultra tria regna manent gelidusque Britannus.
Orcadibus qua cincta suis Tyle; & glacialis
Nuper Hyperboreo que inuenta est insula regi
Norwegos Dacosque regens Suedosque Bibaces,
Ultima concreti qui cernunt sidera coeli.
Estatis verisque inopes hyememque perennem
Perpetuasque nives coelo patiuntur inert
Inter quos memorant Ippones nomine dictos
Qui vitam specibus ducunt sylvisque nitosis
Venantes Madros & molles pelle Sabellos.
Et nostri fugiunt rigidi commertia mundi
Congressusque hominum nec habentes ore loquelas
Horrida barbaries rigido damnata sub axe
Atque feris similes quorum cognoscere mores
Et ritus quis forte velit petat ille libellos
Quos de germanis nuper conscripsimus oris.

Talis ad arcton nostra est germania tractū
 Sacromatis vicina feris Asiæq; potenti
 Hic vbi se Tanais sinuoso littore voluit
 Impetuosus aquis rigidis vastamq; paludem
 Et matrem marium ditat glacialibus vndis
 Interiora rigat terræ sed maximus albis
 Qui rapidus mediam fluius perlabitur oram
 Et cætum Rhenus sic vistula distat ad ortus
 Tandem & cimbricū vagis exonerat in equor
 A Cimbris quod nomen habet quos proxima Dacis
 Cheronesus habet rigidū porrecta sub axem
 Isthmos vbi geminū sua littora pandit in equor
 Oceanū codanūq; videns vbi scandia diues
 Allices totum mittit piscosa per orbem

DE TRIBVS IVGIS ET MONTI
 BVS GERMANIAE.

Ed nemus Herciniū montes & ab alpibus orti
 Cum ramis totam se diffudere per oram
 Iamq; sub occidentum tendentes brachia solem
 Hinc Austram Boreamq; petunt Euramq; sonorū
 Donec in Euxinum procumbant vertice Pontum
 Quaq; Bizantinas angustot Bosphorus vndas
 Sed tria germanię tollunt iuga maxima terræ
 Verticibusq; suis ferunt vaga sidera coeli
 Impositasq; ferant nebulosis montibus arces
 Et scabris latebris spumantia flumina fundunt
 Primū est immani dorso quod spectat in arcton
 Germanos Gallosq; videns Italosq; potentes
 Quod Rheni Rodanīq; parens Enīq; sonantis
 Quod veteres prisco dixerunt nomine adulam
 Atq; suis longis ramis nunc procreat alpes
 Hic vbi cum rapidis Athelis se concitat vndis
 Adriaco miscere salo Venetisq; superbis

Dicere germano q̄ dedant colla tyranno
 Ast aliud carpathus habet qui spectat in Eurum
 Auspiciam nostris nitueo dans vertice terris
 Quem Suetum in priscis memini dictam esse libellis
 Qui capro q̄ anroq̄ scatens varijsq̄ metallis
 Pannoniam largo locupletat munere gentem
 Herciniumq̄ iugū medio Germania tractu
 Erigit & mulas dispargit cornua terris
 Ex quibus ingenti dorso flans pinifer atrum
 Tollit in astra caput liquidocq̄ a vertice quattuor
 Quattuor ad mundi fundit vaga lumina partes
 Mens in occiduum festinat currere Rhenum
 Et Sala qui Drusi gestat preclara trophea
 Argentes petit albis aquas: Nabis exit in Austrum
 Egra sed eos flectit sua cornua in ortus
 Et secum Herciniā trahit alto vertice syluam

DE TRACTV HERCINIAE SYLVAE
 PER GERMANIAM.

Ve varijs porrecta plagis nunc vasta sub arcum
 q̄ Inq̄ Eurum zephyrūq̄ suis cum saltibus errans
 Explicat immensos annofo robore lucos
 Relligione sacros veteriq̄ ex more verendos
 Qui Druidum dense per opaca silentia syluę
 Plurima magnificis seruant cenobia tectis
 Que diti nigris operantur sacra cacullus
 Vallibus irriguis constructa vbi murmure blando
 Vnda sonans placidos inducit corpore somnos
 Sed transrhenanas vbi sylua reliquerit oras
 Tendit ad innumeras germano sanguine gentes
 Per Suetos Caucoq̄ feros madidosq̄ Sicambros;
 Algionesq̄ truces Rheniq̄ ad fluminis ortum
 Percq̄ lacus geminos candentes preterit alpes:

Elæcijs porrecta iugis darisq; Cherascis
 Vindelicos Rhetosq; petens & norica rura
 Percq; lacus plures capientiū ab alpibus vndas
 Boiorum deserta petit rursusq; sub arcton
 Brachia longa iacit Suetos Francosq; Turo gos
 Circuit. obnobios montes qui particula alpium &
 Saxoniscq; reducta plagis Phrisijsq; bubulcis
 Vifsegothis Ostroq; gothis Cimbrisq; vetustis
 Donec Germanum prope tangat saltibus equor
 Ast vbi spumiferi fontes contexerit Histri
 Ausriacas aditura plagas Ceciumq; comantem
 Qui dum nubigeras radicem accepit ad alpas
 Quas Carnus Süriusq; tenet Slauisq; bilinguis:
 Hic vbi Danubius positurus nomina ponto
 Proxima Dalmaticæ radit confinia terræ
 Sed longum Ausriacas dorsum protendit in oras
 Quod tandem rapido calua fronte imminet Istro
 Vnde sibi totum sunt nomina nota per orbem
 Hunc silua obliquis ramis & collibus atris
 Integit atq; feris foliosa cubilia sternit
 Siluiferūq; caput nemorosa vertice vestit
 Sylua prius late bauaras sed sparsa per oras
 Ante sub Ausriacas quam tēdat brachia terras
 Obliqua ad villsi protendens cornua ripas
 Villsus in histrinis qui tandem perditur vndis
 Ast vbi per Bataros ingentia cornua flexit
 Mox Francos Turgosq; petit Bemosq; feroces
 Tanq; natio claudit quos vndiq; inuro
 Quos medio nutrit bellax Germania tracta
 Pingue solum frugumq; ferax sylueq; perennis
 Plurima Germanis que emittit flumina terris
 Albin Oderam que nigra fuit memorata vetustis

Quos vbi defecit carpathi culmina spectans
 Marcomanes Gepidasq; petit Iasigesq; potentes
 Hic vbi nunc cultis est transilvania terris
 Moribus almanis gentem linguaq; creauit
 Inde iterum vasto diffundit cornua flexu
 Visburgos Sabocosq; petens durosq; Gelonos
 Quaq; manet pulchro diues iam Prussia porta
 Sarmaticis obducta plagis quosq; vltimus orbis
 Angulus abscondit Agat, rios limite claudit
 Ad Tanais fontes Rypheosq; in vertice late
 Diffusa & fines Europe vasta pererrans
 Diuersasq; feras volucresq; in saltibus abdens
 Permaouina truces abscondens rura visontes
 Proinde metalliferos extollens vndiq; montes
 Argentiq; auricq; ferax varijsq; metallis
 Plurima perpetuis effundens munera venis
 Fornacesq; cauas raqidus quibus estuat ignis
 Quem fouet exaustis ventosis follibus aura
 Quas circum valido se tollit malleus ictu
 Quem rapidis leuat vnda rotis & machina molis
 Ingenti fonitu ferit astra volantia cœli
 Brontis opus steropisq; gerens liquefacta metalla
 Extendit varias vbi ferri lamina formas

DE QUALITATE TELLV-
 RIS PER GERMA-
 NIAM.

Erra hominū pecudumq; ferax quæq; vbere gleba
 Spiciferam cererem multo cum fenore reddit
 Pascua florigeris extendens pingua pratis
 Ingentesq; lacus varias vastasq; paludes

Et fluvios varios lapido qui pisse redundant
 Collibus Apricis agrisque & montibus altis
 Plurima vitiferi qui fundit mœnera bachi
 Vicino iam sole nouo qui sydere leto
 Proximior nostris infundit lamina terris
 Hinc varij cultus cultisque in mœnibus vrbes
 Mitior & populas Germano nascitur orbe
 Explosa raditate fera quam Barbarus olim
 Syluicula in riguis seruabat saltibus ortus
 Illa superficies Germanis traditur oris
 Quæ mihi his quinos fuerat lastrata per annos
 Quam syluis flauisque suis & montibus altis
 Et varijs populis vario & discrimina lingue
 Syderibusque suis deus & natura creatit

EX LIBRO. C. C. DE SITV ET MORIBVS
 NORINBERGE DE HERCINIE
 SYLVAE MAGNITVDINE
 ET DE EIVS INEV-
 ROPAE FINITI-
 ONE ET
 POPVLIS INCOLIS:

Ed prius quæ de vrbis situ dicamus: non incõm-
 de putauit aliquid de Hercinia sylua inserere quan-
 do quidem pro obscuritate rerum Germaniæ:
 partimque itinerũ & peregrinationũ difficultate:
 partim etiam ignauia & nostrorum hominũ inertia: quibus
 illa res: hoc est nature maiestatem inquirere: ludibrio est a nul-
 lo hæcenus scriptore hunc locum plene absolutũ reperio. Id
 k iij

ego non iniucundū litterarū studiosis futurū spero. Si ita ut
illam labore & cura nostra aliquot annis p̄mensi sumus hic
breuiter absoluemus: nō sine malivolōrū obrectationibus:
corū etiam qui se summas sapientie partes attigisse arbitrar̄
vano nos quodā & v̄toso sp̄ritu: parumq; stabili an̄o Vlis
xis errore teneri cauillantes. Ego aut̄ inter difficiles illos per
regrinationū mearū labores quę peculiū meū bonamq; cor
poris validudinē non mediocriter attriuerant & imminuerāt
eo oēm animi cogitatū cōuerti (in eā sane spem adductus)
ut si non patrianis & germanis meis: qui (ut Cornelij ver
bum est hospitibus tantū fauent) placerē: externis tamen &
doctis hoībus ad maius aliquid excludendū: laboriosa illa
mea doctrina occasio et inuitamentū esset: Imperitorū illoꝝ
& barbarorū hominū iudicia de nostris rebus: perinde ac fe
bricitantiū gustū existimans: neq; dignos de quibus aliq; ser
mo habendus sit. Eos igitur cōgerones & verberones ab ho
nestis litteris & eorū cultoribus (ut eorum verbo vtar) ex
cōmunicamus & cum sua ignorantia relinēquamus.

e St sylvā in Europa qua in Boream spectat. quæ se
Rheni: Danubij: Albis: Visurgit: & Odere (quæ
Suevū & Guttulam a prisicis vocatū reperio) vis
sulcōq; & aliorū indyctū animū parentem iactat. Grecis Lat
tinisq; memorata scriptoribus: hanc Germani per quorū sis
nes se maxime extendit Herciniā a pice (quā patria lingua
hartze vocant) dixerē. Hæc igit̄ ut Thaurus se per Asiam: &
Atlas per Affricam: ita illa se per vniuersam Europam spars
gens. In galliæ finibus ab Ardenna sylva: quæ & hoc nomi
ne hodie gaudet in itū originēq; sumens: dein per Germani
am et Sarmatiā in vltimū Europe angulū: & in ipos celi ver
tices sen p̄nis in gis cōcreatisq; mūdo roborib; se ppagat:
vbi transhenanas vrbes Friburgū: Paduā: Heidelbergam:
Franconofordiāq; Meni attingerit diuersa noīa sibi cōfiscit.

a Rhenicꝝ ripis ingentes saltus: immanes trucesqꝫ veteri religione lucos per innumeros Germaniæ & Sarmatię populos efficit: quos nos hic summam perstringemus. A Friburgo igitur præcię opido in ortum & septentrionem: vasto & perpetuo tracto occurrentes inter se colles excipiens & implicans: hinc ad Rheni lacus & in ipsius radicibus alpiũ positos: Rhetos Vindelicosqꝫ attingit circa Ennum: Licum: et Isarum longissimo dorso ad Danubij vsqꝫ ripas porrecta: rariore tam est & humiliore virgulto: vt a frequenti habitatore excisa est Frisingũ: Ratisponam: Patauium: Noricas vrbes: ipmꝫ Cesium: qui & mons caluist ^{Jouici terminũ:} & Vientiam Pænonię obumbrãs. Illic ad fontem Danubij, & Necari per totam Sueuiam se late vasteqꝫ diffundens. Nigram ^{lyuam} & Bacenis a maioribus dicta est efficit. vt quæ illa centum olim plagis, ita hodie centum haud cõtemnendis Sueuię vrbibus referta est: donec ad Eychistodiũ vsqꝫ vrbem (a qua ceto sylue nomiãtam) Almonicꝫ amnis ripas attingat: quas aliquamdiu sequens donec circa fauces Danubianas ab his p Norlbergenliũ arenas: & trans Danubianũ noricũ Hercis nio iugo (quę pars Germaniæ editior est) ingenti & eterno dorso comitat. A quo hoc est a pinifero monte. vt ille quatuor indytos & dites amnes itra spacium duum ferme milliatim passum nõ sine admiratione & nature maiestate effundit. Ita ab eo monte amniũ & sylvarum parente quattuor ramos veluti imania cornua in diuersas orbis partes porrigit: versus arcton per Curiones cum Sala flutio (qui in Albia defertur) in Turogos: ad zephyrum cum Meno bachifero in Francos: quo tractu sylua cum amne p grediens: in c nos men a collibus qua se in leuam fastigiat accipit hãc scẽp Stesgruvalt: id est ardua sylua dicitur. Deinde vbi propior Rheno Menus factus est: vetustissima Herbi poli Francorũ metropoli irrigata: vnde & nobis origo est: ad Mildenburgum

oppidum suis ripis sylue tribus sylue duo nomina imponit:
vt dicemus. Ab Earo autem cum Egra fluitio: Nabo per
Noricum trans Danubianū fluente: in Bohemos se erigit:
Quos cum vndiq; veluti natiuo muro cinxerit ad septentri-
onalia eius Albin & Oderam emittit: Ad meridionale &
orientale eius latus Marcomannos & Quados attingens: &
ab his in Carpathum Germaniæ caput: qui & Suenus est
confurgens Isigibris: Bastarnis: Dacis: Getisq; contermina-
gentibus: Sed ad Carpathi montis radices reducto in septen-
trionē impetu supra Vistule & Odere ^{Mauuli Tibisti Nes-}
stri: Boristhenis & Tamiri & Tanais: qui Europæ & Asiæ
limes: ^{fontes} ^{Carpathiam} Europe: per Agatyrfos: & Sarmatas. id est Poloniam: Lytitaniam: Malouiam: Brussiam: Litoniam immenso spacio & infinito tractu ad Europe
vsq; fines diuagatur: cum ipso terrarum orbe desinens, & is
quidem orientalis eius tractus a Rheuo est.

Nunc septentrionalem profecturamur. Ab Heidelberg a
igitur Palatini Rheni regia: vbi Catos a Cheruscis & Fran-
cos a Sorabis diuidit: Oddonis sylua ab incolis dicitur, siue ex
Oddonis imperatoris donatione Amberbacensis cenobij:
siue ex loco non ignobili Oddonohaim: vbi Oddo in ve-
nationibus perniox agebat. Ex altera autem Meni ripa: vbi
Franconofordiam & Astiburgiū vrbes montesq; e regione
Maguntine vrbes: quæ prima scalpsit solidos ere characteres &
veris docuit scribere literis: attingit: ab abundantia picis ger-
manicæ Speisshart: hoc est Piccaria sylua dicitur: ibiq; vallis
sine se iterum dilatans: donec flexo in septentrionem tergo
in Obnohos: qui & piam particula sunt: & Cattorum seu
Hassæ montes: & ab his vsq; ad Sicabros: hoc est Ghelren-
ses longis lateribus obtenditur. Quo etiam in loco Tribos-
chos a tribus quercibus antiqua religione nymphis con-
secratis includit.

Maguntia
geographia
inventa

Qui cum Germani in Galliam erumpere. In altera
Rheni ripa expulsis Gallis confederunt Tribotescq; corrup-
pto vocabulo: qui etiam & Argentinenfes non inati sunt.

Verum vbi se sylua: vt diximus per Catos & Obnobi-
os: et Bussactores: quorum vetus: & in hunc vsq; diem neme
& familia extat: extēderit mox Buchoniam regionem a pros-
ceritate Phagorum dictam apud insigne Druidum Cenobi-
um Fuldiam attingit.

Ab his ad Visurgi & Vidri: Amasi & Sale fontes in Sa-
xones ad Chelfatiā: Alberslodium & Brunswigum clarissis-
mas vrbes se refertit versus septentrionem & oceanum nos-
strum: quamuis gentes ibi etiam sine arbore vident: longe:
lateq; vastis solitudinibus diffusa: vbi etiam veteris siri voca-
buli significationem adhuc seruat.


Ab hisq; iterū in Turogos & Sorabos se recitans: incli-
tamq; urbem a nomine suo Hercinio Fordiam dictam: pre-
teriens donec in Hercinium iugum: a quo tantam peregrina-
tionem fecerat ingenti fronte & cornu se attollat. Opulentas
vndiq; vrbes quindecim publicis gymnasijs ornatas: ditescq;
populos. Arces aereas & inexpugnabiles argenti & auri: vni-
uersiq; generis metalli ditites: & inexhaustas venas: monti-
bus Iaspide & diuerso marmorū genere: Cristalloq; vulcani-
as: Glesarias: Picearias: Vitriarias: & Carbonarias: Ciclopū
officinas: quarū & in plurimū Hormbergenfes ciues domi-
ni sunt habēs. Salis & etiam fontes: & subterraneis montib;
sale lapideo veluti saxo concretis. Fluijs etiam margaritarū
& auri feracib;: hoc efficit vt sylue: sicut & terre nō eadē apd
oēs gentes facies sit: vt em̄ illa nitrum glebā sabulū: arenā ve
solo strauerit: ita versus septentrionē maxie: taxū & pinū pdu-
cit: obscuris vallib; sonoris torrētib; interstrepētib;: per saxa
se precipitātibus parū lucida inferni speciē p̄bens. Versus me

ridiē autē quercū magis & viburnis fagoꝝ fida vt ira saxea et
lapidosa est maxime ad Rhenū: Nectarū: Menum: & Danu-
bium. Pecorū autem & nobiliū ferarū in ea ingens & innume-
rabilis copia. Armenta etiam equorū multa quæ publice as-
lunt nullo mortali opere contacti. Termarū etiam & saluber-
rimarū aquarū fontes: maxime vbi Rhenum attingit. Lacus
etiam vastos in exclusos & perpetuos piscosofq; et diuerso ge-
nere pisciū scatentes: vt sigillatim in Germania dicemus. De
volucris autem vt apud gratissimos auctores est nihil cō-
pertū habeo. Multa em̄ desisse que hodie non sunt: & mul-
ta reuolci in rerum natura: quæ olim nō fuerant noua coeles-
tium corporū (si quid in mundo nouū aliqd emergere pos-
test) cōfiguratione crediderim. Sed nihil in hac sylua Draui-
dam cenobijs illustris est. Genus illud philosophorū apud
Gallos græcanice viuentium erat quos
id est a quercibus nominauere. Inter quos vt ab illis antiquas
oracula effandi credebant. Ita illi veluti oraculorū & sortiuū
interp̄tes tales cōsedebant: quales nudius vidimus: dū Ioānes
Tolophus: vir summa eruditione & ingenio nos in patriā
stram ad radices Piniferi secam adduceret: hic dum forte in
cenobiū diuertissemus: ymagines lapideas sex vetustissimo
saxo ad fores templo parieti insertas cōspeximus. Septem pe-
dum singule: nudis pedibus capita intecti: græcanico pallio
& cucullato: palaq; & barba ad inguina vsq; promissa: &
circa naris fistulas bifurcata in manibus liber & baculus dios-
genicus seuera fronte & tristi supercilio obstupo capite figen-
tes lumina terris. Hic quondā apud gallos (siue interp̄tande
religiōis siue solitudinis gratia quo expeditiores ī inquirēdis
rerum causis essent) in nemoribus & saltibus cōsedere: multi-
tudinēq; vulgi ad se pellexere. Postea autē q̄ Tyberius cæsar
īpos ppter factiones quarū duces erāt gallijs cedere iussisset
illi in germaniā cōmigrare: & sub Karolo: Arnolpho: &


Ottonibꝯ christianā religionē interpretantes: totam Herciniā
 in amenis & irriguis vallibus: a quibus cenobiorū nomina
 sunt occupare. Qui nūc diuitijs & opibus ita cretere: vt re
 gibus & principibus non inferiores sint: seu luxu: seu arma
 cōsideres. Multi ex his. vt diuitijs & vrbibus aucti fuissent:
 & vt illis dinastina cōiungerent: excusso religionis seuerioris
 iugo abiectoꝝ cucullo: quē adhuc statis āni tempꝯibus ferūt
 licentioris vite habitu populatiter vitare ceperunt. Curdī ad
 huc apud Francos nūmigenus: apud quos Burcadus & Ky
 lianus Britāni a qua religio ortum habuit docuerant: qđ a
 Druidū nomine Druidēs ues dicit. Magna pfecto Græcis
 nunc & sempiterna nobis gratia habenda est. Qui populum
 olim efferūt: & quem nulla arma domare vnquā potuerunt.
 Hunc illi religione & vite sanctitate ad mitiora studia & in
 genia cōuerterūt: & qui primus in nemoribus & syluis vagi
 iam per illas in cetum & societatem cōgregati clarissimo im
 perio: sanctis legibus: & optimis moribꝯ pbe degunt. Cetes
 rum sylua ip̄a trans Vistulam visontes: quorū venatio Sar
 matis. vt in Germania dicemus gliosa & vros habet. Sed in
 Masouię tm̄ finibus: a qua impator Fridericus tertius mater
 nūm genus duxit. Montes etiā in Friderici Saxonie principis
 terra qui Vesunū & Ethnam sempiternis ignibus imitant.
 Illud autē in eius nemoris mōtibꝯ qui ab alpibꝯ vt diximus
 per Germaniā & Sarmatiā ppetuodorso in Carpathū vsqꝯ
 excurrūt: mira nature puidentiā accidit: vt flumina a media
 illorū spina decidētia. Hic in oceanū & sinū Codonū a Go
 this accolis dictū p̄cipitent. Hinc per Danubiū in Pontū se
 euoluāt: tantę terre sapius angustia: vt qđam arces & rustico
 rum castule: dum imbres suscipiūt in diuersa maria (sicut in
 apēnino fit) ab vno tecto trāsmittant. Karolus magnus dū
 apud Francos ageret pulcerrimū facinus (Herculem & Xer
 xem amulaturus) aīo agitauerat: dum p̄suasum sibi fuerat
 posse percomode de Rheno in Danubiū nauigare: & perim

de ab Euxino in exterū oceanū copias trañceret: si in Re-
gnesum & Almonū fluvios: qui decem milibus tm̄ distāt:
eiusmodi fossa duceret: quæ esset nauium capax. Consectim
rex cum omniū militū multitudi- ne in eo labore totam autū
ni tempus cōsumpsit. Ductaq; est fossa cuius vestigia adhuc
cernimus duorū milium passū lōgitudine: & tricentorū pe-
dam latitudine: sed inuanū labor om̄is cessit. Nam ppter iu-
ges planias: & terra quæ fabulosa erat opus fieri non potuit:
Optam em̄ terre a militibus interdū egestam erat. tm̄ noctibo
humo iterū relabente subsidebat. Accessit ad tam pulcerrimi
operis retardationem om̄imoda & vltima Saxonū defectio.
Hac igitur sylue digestionē: definita eius q̄dem longitudo
in Europe finibus a Mosa Gallie flauio in Tanais vsq; fons
tes accipienda est latitudine eius: ab Alpibus in oceanū ferme
Germanicū porrecta. Miliaria si quis rem curiosius inquire
re velit: ex supputatione coelestiuū circuloꝝ & graduū collis-
gat: in quo tractatu: hoc est septentrionali tres nobilissimas
gentes: Suetos: Frācos: & Bemos: sylua suis saltibus claudit.
Moribus tamen & lingua: religioneq; differentes. Regiones
ip̄e admodū lete & optime: perēnibusq; fontibus & flumi-
nibus impeditē. Gentes ip̄e pugnaces regum & imperatorū
nostrorū parentes & nutrices facileq; gestarū rerum glia hos
die inter cæteros germaniæ populos & principes ip̄e per Her-
ciniam & eius colles in morem Thessalicoꝝ tempe vndiq;
circūsepte intus glebulente vini & frugum feraces. De q̄bus
in Germania nostra illustrata: quæ ad Topographiam atti-
nere visa sunt diffusius scripsimus.

FINIS:









Special 90-B
5994

